

V e  
867





28  
A.

15. Jan  
COMMENTATIO  
IVRIS GERMANICO-SAXONICI  
DE  
**ADDICTIONE AD**  
**MANVS**

SEV

Von der

**Gebung an die Hand und Halster,**

18.  
J.  
EX  
HISTORIA ET ANTIQVITATIBVS  
ERVTA  
NEC NON  
OBSERVATIONIBVS PRACTICIS  
ET INDICE INSTRVCTA.



IENAE,  
SVMTIBVS CROEKERIANIS  
M DCC XXXVII.



COMPUTATO  
IURIS GERMANICO-SAXONICI  
DE  
ADDICITIONE AD  
MANAS

STIA

anno 1700

Georgius Jacobus Galli

ex  
HISTORIA ET ANTIQUITATIBVS  
GERMATICIS  
INGENIO  
OBSEERVATIONIBVS PRACTICIS  
ET MDCI



IURIS  
SVMPTUOSA EDITIONIS  
DCCXCVII

\*) \* ( \* \* \*)

---

## PRAEFATIO.


### L. B.

**C**um proposuisssem addictionem ad manus Germanico - Saxoniam tractare, undique subsidia, & præambulatorem, qui materiam ex professo tractasset, quæsivi, talem vero nunquam, loco subsidiorum vero pauca, iisdem fere verbis repetita, in multis Doctribus dispersa, invenire potui. Plurimi etiam amici dehortabantur, materiam abrogatam sine utilitate, me trætaturum afferentes. Verum magis me accendebat ardor sciendi, cur nemo præambulaverit & præindicabant pauca illa, quæ autores unus ab altero, & plurimi sine augmendo, descripsierant, magnam negligentiam, interdum etiam contradictionem contra reliquos & textus originales; unde suspicabar, hoc, ut spinosum, deterruisse multos a tractatione sufficienti, addictionem autem abrogatam esse aperto erroneous erat, uti in hoc ipso tractatu Cap. V. satis monstratum, imo multæ constitutiones novæ, quæ in Cap. VIII. recensentur, eam, licet in quibusdam a vera Saxonica immutatam, late praxi commendaverunt. Utilem ejus quod attinet, nemo nisi qui fidem juridicam & publicam in commerciis & vita communis non utilem esse affirmat (quam insaniam ipsa summa necessitas in Republica & vita humana respuit,) negare poterit, imo hæc utilitas & necessitas tanto magis vera, & commendabilis est, quanto certius per deducta in hoc tractatu apparebit, unicam addictionem esse verum medium, in extremo quoque casu, & contra proverbium

PRAEFATIO.

illud: Wo nichts ist, hat der Kayser sein Recht verloren, consequendi suum. Laborem dum aggrediebar, obviam statim fuit maxima illa confusio juris Civilis cum Jure Saxonico, quam glossa & DD. ad textus Saxonicos incaute admiserunt, porro glossæ illius Saxonicae damnanda audacia, dum ipsis textibus expresse sæpe contradicebat & Doctorum, qui relictis textibus illam secuti sunt, coeca temeritas, unde magnorum virorum errores ferme incredibiles. Quæ obstacula maxima summa, qua potui, diligentia transcendere conatus sum, & quo maiora erant, tanto majorem esse necessitatem eruendi veritatem tot saeculis suppressam, in materia hac satis nobili & necessaria, arbitrabar. Præbuit præterea hic labor, dum originem addictionis in Cap. II. perscrutabar, occasionem in §. XXIV. seqq. d. c. aliquot Leges civiles considerandi, quarum verum sensum absque scientia & historiae suæ ætatis & autorum nemo asequi poterit. Apparuit hinc necessitas historiæ Legum particularis, quæ illis, qui antinomias ferre non possunt, maximum adjumentum, sine tortura sui alias præsentissima, afferre potest, & haec tenus paucis cognita fuit; Nec dicat quis immensum hoc mare fore, cum GEORGII EBERLINI tractatus de origine Juris & omnium magistratum, & successione prudentium, illud maximam partem exantlaverit. Sed hæc obiter. Cæterum in hoc tractatu sequentem tenuimus ordinem: In Cap. I. tractavimus Prolegomena; Cap. II. Originem Addictionis; III. Justitiam addictionis Saxonicae intrinsecam; IV. Sedem Addictionis Saxonicae; V. Praxim Addictionis Saxonicae perpetuam; VI. Illius Definitionem seu Descriptionem; VII. Ejus Processum; VIII. Affinia; IX. Contraria. Fruatur his omnibus B. L. quantum velit, & cum beneplacito.

A & Ω



A &amp; Ω.

## CAPVT I.

## Prolegomena tractat.

§. I.



Ddictio ad manus, an Hand und Halster geben, in Jure Saxonico præcipue nota est, iustissima & æquisima, sed aut parum aut fere nunquam hactenus practicata, ita ut plerique practici illam aut pro penitus abrogata, aut minimum pro injusta & iniqua habeant.

§. II.

De Etymologia, Homonymia, Synonymia harum vocum parum sumus solliciti, rarissime enim inveniuntur, cum jus & actus, an Hand und Halster geben, nunc tantum sit juris Saxonici, quod Doctores latina versione donaturi, addictionem vocarunt. Evidem addictio in diem ex toto tit. ff. de in diem addictione non ignota est, nec titulus in Institut. de eo cui liber-

A

tatis

tatis causa bona addicuntur; sed nihil hic agunt, neque tantam vim habet ibi vox addictionis, quam in an Hand und Halster geben. Et si quis adjudicationem pro synonymo addictionis vult habere, nos non sumus contrarii, præsertim si fiat cum adjecto: ad manus. Nec etiam desunt, qui in hac ipsa materia voce mancipacionis utuntur. Ceterum an Hand geben nihil aliud est, quam aliquem alterius potestati subjecere, de cuius limitibus hic non disputandum, cum ipsa dispositio Saxonica nihil hic prætermittat indeterminatum; an Halster declarat ipsa glossa per ein leidlich und bequemlich Gefäße, in verbis: Das ein leidlich und bequemlich Gefäße oder Halster niemand markere. Et sicuti an Hand cum apposito und Hals, aut an Hand und Hals und Fuß merum imperium indicat, Wehner sub voc. Hals und Hand, ita hic: an Hand und Halster potestatem creditoris detinendi debitorem ad operas etiam in vinculis denotat. Vid. quoque §. 3. & 4. Cap. IV. infra.

## CAP. II. De Origine Addictionis.

§. I.

**A**ntequam ad definitionem seu descriptionem hujus juris transeamus, de Origine ejusdem aliqua prætermittere forsan non erit incongruum. Et statim se offert in sacris Bibliis Levitic. Cap. XXV. v. 39. 40. Wenn dein Bruder verarmet neben dir und verkauft sich dir, so sollst du ihn nicht lassen dienen als einen Leibeigenen, sondern wie eln Tägelschner und Gast soll er bei dir seyn, und bis an das Hall-Jahr bey dir dienen. Ubi venditio sui ipsius profecto non erat voluntaria, cum e libertate sua sponte & sine causa in servitutem se tradere, dementia signum fuisse, ergo coacta (2.) fiebat propter debita, nam si tantum pauper fuisset absque debitibus, alia regula in vers. præced. 35. erat præcripta: Wenn dein Bruder verarmet und neben dir abnimmt, so solle

solltu ihn aufnehmen als einen Fremdling und Gast. Nec interest, an Emissari ipsi an vero aliis debitis fuerit obstrictus, quo collimat illud Salvatoris nostri Matthei XVIII. v. 25. Da ers nun nicht hatte zu bezahlen, hieß der Herr verkauffen ihn und sein Weib und seine Kinder und alles was er hatte und bezahlen. Itaque si debitor seipsum nolebat vendere, per electionem, quam spē boni domini habebat, uti ex textu dicto Levit. XXV. haud obscure appetat, a creditore vendi, imo & incarcerated poterat, dict. Cap. XVIII. Matthaei. (3.) Servitus erat tolerabilis non tanquam hominum propriorum, sed ut Tagelöhner und Gäste. (4.) Idem ea non erat perpetua, sed finem habebat cum principio des Hall-Jahrs.

## §. II.

An hac species singularis servitutis personalis concivium pro debitis, a Judæis ad Ægyptios, ab Ægyptiis ad Græcos, a Græcis ad Romanos cum aliis iuribus transierit, afferre non audeo, videantur tamen, quæ ex Zeppero & Seldeno notavit Cyprian. Regner. Censur. belg. ad §. 10. in fine Instit. de I. N. G. &c. Interim hanc Legem divinam neutiquam ratione materiæ, nempe solutionis debiti, solummodo fuisse ceremoniale, & ad Rempublicam Judaicam unice pertinentem, ex eo constat, quod solutio debiti sit juris naturalis, & ad omnes gentes etiam ethnicas pertinens; Ratione formæ vero tam facile fuit, ut exteræ gentes per modum argumentandi rationalem: licito nempe modo, qui, ceteris deficientibus, labor debitoris est, & sine perditione personæ debitoris, cui alimenta præbentur, ad suum pervenire, hujus legis tenorem per se invenerint, quam per libros Mosis, quos Ægyptii, & Græci, exemplo Platonis, notorie habuerunt, adepti fuerint.

## §. III.

Certe apud Athenienses, a quibus humanitas, jura & Leges ortæ atque in omnes terras distributæ piantur, Cicerone oratore, sed non historico, teste in Orat. pro L. Flacco, ante Solonem hoc jus in debitores suos habuit creditor, ut corpora eo-

rum abduceret & operas sibi præstare cogeret, id quod ex Plutarchi Solone & aliis probat Balduin. in Comment. ad LL. XII. tabb. n. 46.

## §. IV.

Sed hanc legem aut consuetudinem apud Ægyptios viguisse negant illi, qui eorum Legem sequentem Bochoridis ex Diod. Sicul. lib. I. tradunt. Corpus debitoris Creditori appropriari non poterat, nam credebant Ægyptii debita solummodo bona afficere, & hæc sola creditoribus esse subiecta, corpora vero, quorum servitiis in bello & pace utebantur, civitatum vel communionis esse. Iniquum illis videbatur, milites, qui pro patriæ salute vitam ponebant, propter usuras & fœnus in carcere ire debere, quam Legem forte Solon ex Ægypto Athenas traduxit, ubi nullus Civis Atheniensis propter debita corpore luere debebat; Sed cum certo sciamus, illos ipsos Ægyptios etiam Legem habuisse, qua solutionem debitorum necessario imponebat, hæc utepte juris naturalis, sine dubio erat vetustior. Amasis etiam Ægyptiorum Rex statuit: ut per magistratus totius sui regni singulis subditis quotannis rationes vitæ & quæstus depositerentur, & illis qui malis artibus se nutriverant, pœnis, qui bonis, præmiis afficerentur, itaque cum contractio & retentio debitorum esset contra Legem priorem, & inter malas artes computanda, per unius anni rationis redditionem detegebatur & statim pœnis restringebatur, ita ut amplius exerceri non poterat, quo factum ut aut plane nulla debita, aut parum importantia & creditoribus secura invenirentur, propter qua corpora libera saluti publicæ detrahere injustum erat. Et cum quilibet tandem, licet non promissò tempore, ad suum perveniebat, appropriatio debitorum non adeo fuit necessaria. Hanc ultimam Legem, de redditione rationum annuæ ab Amasi mutuatam Solon etiam suis Atheniensibus præscripsit, & simul proposita ambæ, apud Athenienses eundem effectum habuerunt, quem apud Ægyptios. Nec etiam omittenda est Lex illa Æsydi Ægypti Regis: Ne aliter pecunia mutuo acciperetur, nisi debitorum patrum cadavera pignori

pignori obligarentur, nec antea eadem sepelire licuit, quam ari  
alieno esset satisfactum. Herodot. Lib. II. Diodor. Sicul. Lib. II.  
Nam cum iis licitum non esset, corpora libera obligare, & Ægyptii  
majorum cadavera ac defunctorum parentum sepulturas  
magna semper religione coluerint, contractioni debitorum ma-  
gnus obex erat positus.

## §. V.

Interim certum est, sublata prima lege, de rationis redi-  
ctione, alteram fuisse perniciosissimam, & in destructionem  
Reipublicæ abiisse, nam quilibet ex fiducia militiæ debita pot-  
erat contrahere, proximum defraudare & perdere, violationem  
fidei pro nihilo aut potius licito habere, eamque pro latitu ex-  
ercere.

## §. VI.

Dubium restat, an, cum appropriatio corporis, quæ servitu-  
tem personalem stricte sic dictam involvit, & morte solvitur, in  
hac lege sit vetita, addictionem debitoris ad operas creditoris,  
quæ, uti supra monstratum, apud Athenienses antea erat in usu,  
fuerit prohibita? Sane licet negativa absolute defendi non pos-  
sit, tamen ex his quæ sequuntur colligi potest, aut per conni-  
ventiam hanc consuetudinem contra legem Solonis toleratam  
fuisse, utpote illi directo non contrarium, cum libertatem debi-  
toris penitus non extinguueret, aut per necessitatem status & tem-  
porum rursus invaluisse contra Solonis statutum, hoc in desve-  
tudinem abeunte aut abolito.

## §. VII.

Nam apud Athenienses ipsos lex hæc Solonis diu viguisse  
non videtur, cum Romani qui Atheniensium Leges per Lega-  
tos accerferunt, & suas Leges 12. Tabb. exinde formarunt, pla-  
ne contrarium statuerint, imo gradatim per vincula debitorum ad  
eorundem mortem & dissectionem corporum iverint.

## §. VIII.

Sed cum jam ad Romanos ventum sit, ob servandum or-  
dinem considerandum erit, quid in ortu eorum Reipublicæ ra-  
tione

tione hujus juris fuerit in usu. In servitutem debitores adductos fuisse probat diserte oratio Servii apud Dionys. Halicarnass. in qua se non permisuram regia voce promittit, ut qui pecuniam fœnore sumferint, ob debitum in servitutem rapiantur, sed Lege cautaram, ne cuiquam liceat sub pignore liberorum corporum mutuum dare. Ut adeo recte moneat Salmas. in lib. de mod. usurar. Cap. XVIII. p. 806. non ambiguum esse debere, quin ab ultima origine Reipublicæ Romane mos nectendorum & oppignorandorum propter debita corporum & in servitutem abducendorum fuerit receptus. Hæc ex Wegnero de Banci. ruptoribus Cap. VII. n. 4.

## §. IX.

Hæc igitur promissa Lex prohibere debuit mutuum dare sub pignore liberorum corporum. Ergo ante eam oppignoratio corporum & addictio pro mutuo fuit in usu. Sed estre etiam hæc Lex promissa promulgata. Et quid juris fuit in casu, ubi mutuum datum, ut debita aliter contrafacta sine oppignoratione corporum?

## §. X.

Post Reges in carcerem debitores a Romanis conjectos & flagris ad vibices & cicatrices usque casos fuisse, documento esse dicitur debitor ille apud Livium decad. I. Lib. II. qui alienum as cumulatum primo se agro paterno avitoque, deinde fortunis aliis exuisse, postremo velut tabem pervenisse ad corpus, ductumque se a creditore non in servitium, sed in ergastulum & carnificinam esse, coram populo conqueritur, & tergum recentibus verberum vestigiis fœdum ostentat.

## §. XI.

Verum sollicite hic notanda sunt verba: Se a creditore non in servitium, sed in ergastulum & carnificinam ductum. Nam inde colligi potest (1.) jam dum eo tempore usitatum fuisse debitorem a creditore in servitium duci. (2.) Debitorem gravatum hic de ductu in servitium non conqueri, & (3.) cum servitium & ergastulum cum verberibus sibi hic opponantur, servitium propriæ sic dictum seu servitutem perpetuam, cum omnibus

bus suis qualitatibus non posse intelligi. (4.) Ex hoc unico causa consuetudinem Romanorum carceris & flagitorum non esse inferendam, sed quia contra ius aut consuetudinem a creditore actum, querelam locum invenisse.

## §. XII.

Wegnerus quidem supra allegatis dicto loco scribit, statu Reipublicæ sic exigente consuetudini nec tenderum & oppignorandum ac in servitatem abducendorum corporum aliquando derogatum fuisse, & apparere hoc ex edicto P. Servili consulis, quo edixit, ne quis civem Romanum vinclum aut clausum teneat, quo minus ei nominis edendi apud Consules potestas fieret, teste Livio d. I. Sed ut ut hoc ita sit, & hoc edictum ex causa & immediate, querelam dicti debitoris sequitam fuerit, tamen non sequitur: Nemo civem Romanum vinclum aut clausum teneat, quo minus ei nominis edendi apud Consules potestas sit. E. nullus debitor creditori ad operas & servitia addici debet. Nam de servitiis non conquerebatur gravatus, & Consulis editum, uti contextus monstrat, penitus ex necessitate habendi militem, cum Volsci prope ad portas essent, & nemo ex plebe rebellante nomen dare vellet, eriebatur, quod ex reliquis editi verbis quoque sequitur, quæ sunt: Ne quis misiris, donec in castris esset, bona possideret, aut venderet, liberos nepotesve ejus moraretur &c. Quo edicto proposito & qui aderant nexi profiteri extemplo nomina & undique ex tota urbe proripientium se ex privato, cum retinendi jus creditori non esset, concursus in forum, ut sacramento dicerent, fieri magna ea manus fuit, neque aliorum magis in Volscio bello virtus atque opera enituit, & Consul magna clade Volscos affectos, repulit. Haec tenus Livius.

## §. XIII.

Permansi igitur in Romana Republica ius & consuetudo addicendi debitores, qui solvere non poterant, ad creditoris servitia (imo etiam, licet paulo post Servilium M. Valerius dictator ob novum tumultum creatus, teste Livio dict. L. II. editum

Etum Serviliano fere conveniens proponeret , nexus corporum liberorum paulatim rediit ) usque ad alterum & trecentesimum annum , quam Roma condita erat , in quo decemviri creati & ex allatis Atticis Legibus XII. Tabb. Leges factae sunt , per quarum unam dicta convetudo ita confirmata est , ut majorem deinde licentiam creditores expresso Legis suffragio , quam tacita antehac coniventia , concessam habuerint . En textum : *ÆRIS. CONFESSI. ÆRISQUE. DEBITI. JUDICATIS. TRIGINTA. DIES. JVSTI. SVNTO. POST. DEIN. MANVS. INJECTIO. ESTO. IN. JVS. DVCITO. NI. JUDICATVM. FAXIT. AVT. QVIS. ENDO. EM. JVRE. VINDICIT. SECVM. DVCITO. VINCITO. AVT. NERVO. AVT. COMPEDE. QVINDECIM. PONDO. NE. MINORE. AVT. SI. VOLET. MAJORE. VINCITO. SI. VOLET. SVO. VIVITO. NI. SVO. VIVIT. QVI. EM. VINCTVM. HABEBIT. LIBRAM. FARRIS. ENDO. DIE. DATO. SI. VOLET. PLVS. DATO. NI. CVM. EO. PACIT. SEXAGINTA. DIES. IN. VINCVLIS. RETINETO. TRINIS. NVNDINIS. CONTINVIS. IN. COMITIVM. PROCITATO. ÆRISQUE. ÆSTIMIAM. JUDICATI. PRÆDICATO. TERTII. NVNDINIS. CAPITE. POENAS. LVITO. AVT. TRANS. TYBERIM. PEREGRE. VENVM. ITO. AST. SI. PLVRES. ESVNT. REI. TERTII. NVNDINIS. PARTES. SECANTO. SI. PLVS. MINVSVE. SECVE. SVNT. NESI. FRAVDE. ESTO. Ubi obiter notandum , nervum proprie esse vinculum , quo collum vincitur , compedes , quibus pedes includuntur . Itaque in nervo vinciri , durius erat , in compedibus haberri , levius . vid. Besold. Thes. pract. in addit. sub voc. *Schuld Thurn.**

## §. XIV.

Aliter quodammodo hujus Legis tenorem recenset ex Gell. 20. noct. attic. I. Dionys. Gothofred. ad rubr. de cest. bonor. & Didac. Covarruvia, Lib. II. var. resolut. Cap. I. Freyer in tract. de Solut. Cap. VII. Membr. 5. n. 140. nempe quod debtoribus obæratis , iisque confessis & convictis decem dies ad quærendam pecu-

pecuniam dati fuerint, intra quos si solutionem non fecissent, eos vincire, verberare & in carcerem conjicere licuerit, carcerum postea vinculis triginta diebus detentos, & quasi enecatos publice venum exponebant, redemptore autem nullo comparente, solutionis loco miseros illos debitores servituti mancipare, aut in partes secare, & pro numero creditorum partiri ac dividere permittebatur.

## §. XV.

In hac Lege duplex maxime licentia videtur creditor i concedi, ut liceat (1.) debitorem post rem judicatam & exactum iustitium in vinculis habere, (2.) si plures sint creditores, ejus corpus secare & in partes dispartiri. Sed posterior hæc Legis pars, uti notat Wegnerus d. I. nunquam usu recepta est, neque quenquam se legisse vel audivisse ait JCtus Cæcilius apud Gell. d. I. qui antiquitus dissecetus sit, quod ipsum etiam ex Quintilio Lib. III. Instit. Orat. Cap. VI. (ubi verba: Sunt quædam non laudabilia naturæ sed jure concessa, ut duodecim Tabulis debitoris corpus inter creditores dividi licuit; quam Legem mos publicus repudiavit,) & Tertulliano in Apolog. Cap. IV. confirmat Balduinus in Comm. ad LL. XII. Tabb. n. 47. Ratio desveruditinis hujus duplex assignari potest, altera quod creditores vel operibus seu operi detenti, vel pretio venditi debitoris damnum sibi illatum sarciri maluerint, quam incommoda ejusdem internecione omnem recuperandi crediti spem sibi met ipsi præscindere. Quis enim pirata tam barbarus, inquit Cic. in Orat. pro Rosc. circa finem, ut cum integrum prædam sine sanguine habere posset, cruenta spolia detrahere mallet. Altera, quod ipsa pena atrocitas creditores deterruerit, quo minus morte punirent eum, qui alteri cuiquam mortem intulisse convictus non erat, ut loquitur Imperator Leo in Nov. 105. maxime cum tam horrendo supplicio debitor secundus esset ab iis, quibus alias in causis criminalibus etiam unum membrum hominis, citra mortis licet periculum mutilare religio fuit. Nunquam quippe in Republica Romana mutilatio seu abscessio mem-

B

bri

bri observata est, sed semper homo aut in totum occisus aut in totum servatus est, si vera sunt, quæ tradit ex Cyno ad L. III. de Jurisdict. Sutholt in Tract. de Jurisdictione aph. 397. unde & poenam illam talionis, quæ ex LL. XII. Tabb. pro Membro rupto sancita erat, per defvetudinem abrogatam esse notat Justinian. in §. 7. Instit. de Injur. qua de re vide Scipion. Gentil. 3. de Jurisdict. 8.

## §. XVI.

Manferunt igitur vincula debitorum Lege approbata, multomagis in hac non expressa leniora servitia & operæ eorum propter debita. Interim non dubium est, occurrere in his LL. exemplum, quo Legislatores interdum asperiores & atrociores poenæ delicturis comminantur, quam quas exequi vel exigere in animo habent, ne scilicet unquam ad tam atrocem aliquam poenam perveniatur, sed homines magnitudine ejus deterriti a malificiis summoveantur. Rittershui. ad LL. XII. Tabb. Class. III. P. III. Cap. XI. Et forte Romani præprimis debitores malæ fidei, decoctores &c. tempore, quo condebatur hæc Lex, præ oculis habuerunt, & cum illis satis perspectum esset, fallentiam fidei præ omnibus aliis vitiis proximam ad Reipublicæ interitum viam aperire, &sque ac bona tanti, quanti vita, astimari solere, quod e seditionibus propter agrarias leges factis satis videri poterat, severissimis Legibus & poenis huic perfidiae in non reddendis debitis & defraudatione axis seu bonorum prævenire voluerunt. De vindicativa Legislatorum, præsertim Appii Politica subintervidente, qua primates divites pauperi plebi viore hujus Legis insultandi habebant potestatem, jam loqui superdeo. Sat est id, quod Livius Lib VI. habet: Patribus frequenter a plebe objici solitus, ubicunque patricius habitaret, ibi carcerem privatum esse.

## §. XVII.

Sane sit quicquid sit, duravit nexus usque ad tempora C. Poetelii & L. Papirii Mugillani Consulium, ubi iterum per abusum

abusum Legis , & consuetudinis , seditio orta & mutatio facta ,  
audiamus verba Livii Lib. VIII. Eo anno plebi Romanae velut  
aliquid initium libertatis factum est , quod nocti desierunt , mu-  
tatum autem jus ob unius sceneratoris simul libidinem simul  
cruelitatem insignem L. Papirius is fuit , cui cum se C. Publi-  
lius ob aē alienum paternum nexum dedisset , quā aetas , for-  
maque misericordiam elicere poterat , ad libidinem & contume-  
liam animum accenderunt , & florem aetatis ejus adventitium  
fructum crediti ratus , primo perlicere adolescentem sermone  
incesto est conatus , dein postquam aspernabantur flagitium au-  
res , minis territare atque itendide admonere fortunæ , postre-  
mo cum ingenuitatis magis quam præsentis conditionis memo-  
rem videret , nudari jubet , verbaque afferri , quibus laceratus  
juvenis , cum se in publicum proripuisset , libidinem cruelita-  
temque conquerens sceneratoris , ingens vis hominum cum aetatis  
miseratione atque indignitate injuria accensa , tum suæ con-  
ditionis , liberumque suorum respectu , in forum , atque inde  
agmine facto ad Curiam concurrevit , & cum Consules tumultu  
repentino coacti senatum vocarent , introeuntibus in Curiam  
patribus laceratum juvenis tergum , procumbentes ad singulo-  
rum pedes ostentabant . Victum eo die ob impotentem injuri-  
am unius ingens vinculum fidei , justique Consules ferre ad po-  
pulum : Ne quis nisi qui noxam meruisset , donec penam lue-  
ret , in compedibus aut in nervo teneretur , pecunia credita  
bona debitoris , non corpus obnoxium esset . Ita nixi soluti ,  
cautumque imposterum ne nepterentur .

## §. XVII.

Ad eruendam veram hujus liberationis qualitatem , con-  
jungenda sunt verba initialia textus Liviani cum illis fere fina-  
libus : victum eo die &c. Nam in his ultimis per victum in-  
gens vinculum fidei nequaquam liberatio debitorum a debitibus ,  
sed tantum , uti in initialibus , nexus corporum intelligitur . In-  
terim vinculum fidei multorum debitorum etiam rumpebatur ,

B 2

cum

cum ipsis debitores aut sub oppignoratione corporum ad vincula expressa, aut in LL. XII. Tab. & consuetudine fundata debita contraxerant, nunc autem contra promissa, legem & consuetudinem, occasione ex unius Creditoris & quidem fœneratoris iniqui arrepta, e vinculis liberabant. Et hæc est illa Lex Petilia, cuius meminit Mynsing, ad §. fin. J. de action. n. 18. & 19.

## §. XIX.

Ast nec hæc quidem Lex diurna, aut inter omnes usum recepta est, multi enim nihilominus a Creditoribus suis vinciri & addici consueverunt, quod de sui adhuc seculi more expresse testatur Gell. XX. Noct. Attic. I. addici, inquit, nunc & vinciri multos videmus, qui vinculorum prænam deterrimi homines contemnunt. Idem colligitur ex Senec. 7. de benefic. 10. (& ita etiam post Legem Julianam) Omiserum si quem delectat liber magnus & vasta spatiæ terrarum colenda per vincitos. Et præcipue ex oratione C. Mallii ad Quin. Martium Regem apud Salusti. in Catil. ibi: plerique patria sed omnes fama atque fortunis expertes sumus. Neque cuiquam nostrum licuit more majorum lege uti, neque amissio patrimonio corpus liberum habere. Ex quo ultimo loco simus apparet Legem illam Syllanam, qua cautum fuisset, ne debitores ob æs alienum carceribus includerentur, & quam Mynsing. d. I. etiam adduxit, fabulam & nullam esse. Enimvero si nova quadam Lex a Sylla lata fuisset, Mallius incepit vetera ignota Legis Petilia rudera & interruptam tot contrariis actibus majorum consuetudinem allegasset, cui ad exaggerandam, quam percessus sibi videbatur, injuriæ atrocitatem, præsentissimum argumentum ex nova Lege Syllana, suppetebat, imo prater Varronem in Lib. VI. de lingua Latin. nullus historicorum illius Legis Syllanae mentionem facit. Neque ullo modo credibile est Syllam, tanquam infestissimum Romanæ plebis inimicum adeo favorablem illi Legem condidisse, sicuti etiam nulla alicuius Popilii Consulis vel Tribuni, per quem tamen nova Lex lata dicitur, in annalibus extat me-

tat memoria. Unde recte locum Varronis correxit Salmasius  
Cap. VIII. de mod. usurar. p. 835. seqq.

## §. XX.

Quemadmodum igitur ex his certum est, etiam post Legem Pœtiliam, quæ magis quam Servilia de tempore futuro proficiebat, debitores a creditoribus in vinculis habitos esse, ita hæc præprimis de debitoribus præfractis, malitiosis, qui non solum plane nihil in bonis habebant, sed etiam post additionem laborem recusabant, intelligendum est. Nam contra ceteros alia remedia aderant, nempe Sectio bonorum, & vetustissima illa nec mutata addiction ad laborem.

## §. XXI.

Sectionem bonorum a Sectione corporum ex LL. XII. Tabb. nomen habere indubium est, & nihil aliud erat, quam publica bonorum sive debitoris, sive damnati alicujus sectio, & quasi extraordinaria venditio. Fundamentum etiam habere videtur in L. Pœtilia, & quidem in verbis: pecunia creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset. Ita capitis pena in pudoris notam conversa est, adhibita bonorum proscriptione, quæ multis circumstantiis ignominiam augmentibus siebat, adeoque a cessione bonorum postmodum inventa multum differebat, de qua sectione bonorum & defensione illam proponentium Hotomanni, Contii & Rævardi contra Salmasium vid. Wegner. Cap. VII. n. 12. seqq.

## §. XXII.

Addictio magis nota est, & per ea, quæ supra diximus, dubio procul antiquissima, nec per ullam Legem tacta aut mutata. Et licet certum sit, illam etiam nexus, verbera, & carcerem securum esse, neque hisce debitores gravari potuisse, nisi addictio judicialis antecelerit, quod etiam innuant verba L. XII. Tabb. *Dein manus injectio esto, in jus ducito, tamen nexus carcer*

B 3

&amp; ver-

& verbera proprie effectus addictionis non erant, nam ut supra dictum, hæc pro excessibus tenebantur, & occasionem novis Legibus dabant, itaque additio alium finem habuit, nempe operas & servitia debitorum, usque dum pro debitibus esset satisfactum. Et hoc inde quoque liquet, quod debitores additi servi proprie sic dicti non fiebant, inde etiam vincula & verbera ferre noblebant.

## §. XXIII.

Hac de addictione extant verba in Livii Lib. VI. jam olim tempore Manlii Capitolini usitata : *Et gregatim quotidie de foro addictos propter debita duci.* De Scipione Asiatico vide exemplum apud Valer. Maxim. Lib. IV. Cap. I. Et maxime notabilis est ille locus Tereatii, coætanei Asiatici & Africani Scipionis in Phormio. Act. I. Scen. II. ubi Phormio ita introducitur :

Aliis aliunde est periculum unde aliquid abradi potest,  
Mihi sciunt nihil esse. Dices: ducent damnatum domum,  
Alere nolunt hominem edacem.

Inde Heraclides, cum judicatum non solveret, Hermippo additus fuit. Cic. pro Flacco. Nec absimile de Cæsare in Hispaniam eunte Suetonius in Julio, Cap. XVIII. refert.

## §. XXIV.

Jam probandum erit, addictos non fuisse vere servos. Et putat Wegnerus Cap. VIII. n. 24. seqq. cum Hotomanno : Veteres nonnullos debitorem plane servum creditoris afferere non dubitasse, & id colligi ex Quintilian. Lib. VII. Instr. Orat. Cap. V. ubi : *Circa propria inquit ac differentia magna subtilitas, ut cum queritur, quem Lex servire donec solverit, juber, servus sit?* Altera pars finit ita : *Servus est qui est jure in servitute.* Altera : *qui in servitute est eo jure quo servus, aut, ut antiqui dixerunt, qui servitutem servit.* Et movisse eos sine dubio tum quod debitores vendi possent ex L. XII. Tabb. cum alias liberi hominis perinde atque rerum sacrarum & religiosarum non esset commercium, L. VI. pr. ff. de

ff. de contrah. emt. & ne quidem sub conditione : cum servus erit , hominem liberum vendere liceret. L. 34. §. 2. ff. eod. tum quod eadem quoque L. XII. Tabb. illos necesse & vincire concessum esset, cum tamen Lege Porcia & Sempronia civem Romanum vincire vel cedere non liceret. Actor. XXII. v. 25. & seqq. quæ posterior difficultas etiam Hottomannum torsisset illuſtr. Quæſt. XXVI. neque fatis a Salmasio in Tractat. de mod. usurar. C. ult. p. 845. expedita esset. Verum nulla difficultas neque aliquos veteres neque Hotomannum torsit, sed semetipſos torserunt. Nam licet nervorum & compedium ea Lex XII. Tabb. mentionem faciat, tamen in eodem loco nihil de Servitute dicit, in fine autem : debitor aut poenam capitis luto, aut trans Tyberim peregre venum ito, disponit, ubi poena capitis aut vera servitus alternative injuncta. Igitur addictio ad vincula (multominus ea, quæ fiebat ad laborem & servitia) erat sine servitute vera, & sicuti per supradicta nullum exemplum est, quod debitor capite plexus sit, ita de venditione ejusdem ad exterorū, quæ cum morte pari gradu ambulabat, etiam nullum extat. Imo legem illam quoad hunc passum nunquam in usum venisse, aut brevi tempore in desuetudinem abiisse supra ostensum est. Ergo ratio dubitandi exinde sumi non potuit. Neque ulla contradic̄tio ex L. 6. pr. ff. de contrah. emt. & L. 34. §. 2. eod. fluit, cum Celsus filius ex quo Pomponius principium L. 6. summis sub Hadriano , Paulus vero autor §. 2. L. 34. sub Alexandro cum collegis Papiniano' & Ulpiano vixerint, & secundum LL. novas, de quibus infra , responderint. Iterumque falſo infertur : Liber homo non potest vendi. E. addictio debitoris fieri non potuit, niſi ille servus servitutem serviens fieret. Addictio itidem nequaquam est Venditio. Maile quoque Lex Portia & Sempronia & Cap. Actor. XXII. v. 25. hic allegantur, cum in illis de accusatis ob crimen, sed non condemnatis civibus Romanis sit sermo. Et conferantur hic verba Legis Pœtiliae supra §. 17. adductæ : *Neque quis niſi qui noxam meruiſset, donec paenam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur.*

§. XXV.

## §. XXV.

Imo Quintilianus, qui sub Galba & Vespasianis vixit, ipse subtilitatem a se memoratam magnam, uti vocat, seu potius nugas J.Ctorum subtilissimas, dicto loco, per differentias veri servi & addicti (ex quo iterum sequitur, etiamnum suo tempore adictionem viguisse) refellit. *Servus, ait, cum manumittitur, liberinus, addictus recepta libertate est ingenuus, Servus invito domino libertatem non consequeretur, addictus solvendo circa voluntatem domini consequeretur.* Ad servum nulla Lex pertinet, addictus Legem habet, propria liberi, que nemo habet nisi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum, habet hæc addictus. Ex quo etiam apparcat & bene notandum est, post L. Julianum quoque adictionem & addictos fuisse. Ex hisce Quintiliani quoque Bachovius ad §. 4. Inst. de jur. person. n. 4. colligit: debitores hosce addictos, quasi medium quod-dam inter vere servos & vere liberos obtinuisse.

## §. XXVI.

Ex hac medietate Leges illæ Civiles, quæ de operis hominum loquuntur, melius explicari poterunt. Et illa ingens inter antiquos præsertim Azonem & Accursium, tanquam partium antesignanos, controversia, quam Corasius in tractat. de Servitut. prædior. in Rubr. ff. de Servitut. n. 26. seqq. describit, decisa erit. E. g. verba L. 2. ff. de usu & usufruct. leg. hæc sunt: *Hominis opera legatae, capitii diminutione, vel non utendo, non amittuntur.* Et quoniam ex operis mercadem legatarius percipere potest, etiam operas ejus ipse locare poterit, quas si prohibeat hæres capi, tenebitur. Idem est si Servus se locaverit. Et verba seq. L. 3. eod. ita sonant: *Hominis quoque liberi opera legari possunt, sicut tocari & in stipulationem deduci.* In L. 2. non est sensus, quod hominis opera operis animalium opponantur, nam non solum de operis hominis, sed etiam servi ibi est locutio. E. sub hac voce hominis aliud quid latet, quod patebit, si Legem 3. Legi 2. uti ordo & ratio requirit, anteponamus. Homo liber non est in commercio, ergo nunquam vere servus, tamen secundum hanc Legem

gem ejus opera legari possunt. Sine summa absurditate dici non potest, sensum esse, quod ipse homo liber suas operas legare posuit, cum legatum sit mortui, sed non minor erit absurditas, si dicamus, testatorem de hominis liberi operis disponere & eas legare posse, cum eum non habeat in potestate, E. alia obligatio suberit, qua liber homo alteri, nempe testatori obstrictus est. In nostro Jure vero nullam cum tanto effectu invenimus quam addictionem debitoris factam creditori, hic, debitor, liber homo est, & tamen ejus opera legari, locari, & in stipulationem deduci possunt, donec aut solvat, aut operis suis pro debitibus satisfaciatur. Restat alia absurditas in dict. L. 2. verbis: Idem est & si servus se locaverit, cum servus ut servus de jure Romano hoc nunquam facere potuerit. Igitur homo & servus addicti sunt, sequitur tunc sensus: Ex operis hominis & servi, improprie sic dicti seu addicti, mercedem legatarius percipere & operas ejus ipse locare potest, & idem est, quod nempe mercedem legatarius percipere possit, si ipse servus se locaverit & mercedem in solutionem debiti assignaverit. Et sic omnia plana sunt. Neque objici potest, sensum esse de servo, qui se voluntate sui domini alteri locavit, nam hoc nec ex syllaba textus nec ex bona argumentatione constat, & verba: se locaverit, voluntatem propriam indicant, quam, ut ad libertatem pertinentem servus in jure Romano non habet. Nec miretur quis ad dictum hic servum appellari, nam supra ex Quintiliano monstratum est, nonnullos eo tempore debitorem additione plane servum creditoris asserere non dubitasse, quid mirum igitur, si alii, ut Papinianus & Paulus in his LL. 2. & 3. nomine hominis & servi promiscue usi fuerint, sub utroque dictum intelligentes.

## §. XXVII.

Aliud quid mirandum: Legata sunt opera hominis, quis nam tunc fuit dominus hominis cuius opera legata, haeres aut legatarius? Si haeres, ubinam Legis de hoc dispositio, & quid

C

inde

inde habuit, cum nequidem secundum d. L. 2. impeditre potuerit locationem operarum tertio a legatario factam, & non nisi extincta persona servi, in qua operam habuit legatarius, servitus (uti hic loquuntur Jcti) finita sit? Si legatarius, post cuius mortem haec servitus adhuc durat & ad hæredem transit. L. 2. in fin. ff. de Usu & Usufruct. leg. quæ juris inter personæ servi, & ejus operarum ad dies vita, proprietatem, differentia? Certe hic dominium personæ servi osib[us] hæredis non inhæredit, nisi inane & ridiculum. Legatarius vero tantum est dominus operarum, E. persona servi, cuius opera legatae, amplius non habebit dominum nisi fictum & sine effectu. Unde haec absurditas? Resp. Jcti confuderunt Leges, quæ addictos & eorum operas attinent, cum illis, quæ servos καὶ εἰχον sic dictos concernebant, separa has, & ingens illa controversia: An opera & ministeria servorum sint personarum aut rerum servitutes, erit frustranea & inanis. Ceterum obliscedum non est, textum L. 3. de Usu & Usufruct. leg. ubi opera liberi hominis legari potest, & L. Titio centum §. 2. ff. de cond. & demonstr. ubi in libero homine servitus haberi nequit, Corasium, alias fatis subtilem, adeo ursinæ, ut tertium quid, nempe ejusmodi operas non servitutes, sed obligationes quasdam personales esse, d. l. n. 27. excogitarit, sine ratione aut fundamento juris.

## §. XXVIII.

Objiciunt Leges supra dictas 2. & 3. ff. de Usu & Usufruct. leg. non amplius esse responsa prudentum Papiniari & Pauli sed Leges Justiniani, per insertionem in Pandectas factas, itaque de servis propriis sic dictis intelligi debere, cum addicti tempore Justiniani amplius non fuerint, Respondetur hoc ultimum negari, quod tempore Justiniani addicti adhuc fuerint, ex his textibus potius concludi debere. Nam si illas Leges de servis propriis sic dictis intelligimus, absurditates illæ absurdissimæ supra dictæ exinde oriuntur, & negare nemo poterit, Tribouianum multa sine intellectu & ratione corrasisse, quæ conclusio in aut-

auribus multorum tanquam heretica pejus sonabit, quam explicatio illa Legum de additionis.

## §. XXIX.

Sed revertamus unde discessimus. Contemporaneus Ciceronis fuit Caius Julius Cæsar, qui non tam ex aliis rationibus, quam in favorem plebis duas Leges de minuendis debitorum pœnis, post L. Poetiliam tulit, quarum altera possessiones debitorum, quanti quaque ante bellum (civile cum Pompejo, quo pulso ex Italia, fides tota Italia angustior erat, & pecuniae non solvebantur) fuissent, astimari, & creditoribus tradi voluit, cuius etiam meminit Brisonius de Solutione. Lib. I. p. m. 35. & Cicero in Epist. ad Attic. ubi sepius astimationes appellat, altera beneficium cessionis bonorum introduxit. Priorem Legem a se latam ipse Cæsar fatetur Lib. III. de Bell. Civ. in princ. & illum alias etiam multas Leges de modo credendi & rebus creditis tulisse refert Tacitus Lib. VI. Annal. Sed prior illa Lex Julia de astimatione possessionum nec eo ipso quidem tempore, quo lata est, valere potuit, contritanente M. Cælio Rufo, Prætore, qui sella juxta Trebonii, Prætoris Urbani, tribunal collacata, auxilio fore promisit, si quis de astimatione & de solutionibus, que per arbitrium fierent, appellavisset (quod creditoribus oportunum fatis erat) & subinde sublata Lege Julia, duas alias promulgavit, unam qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit, aliam tabularum novarum, prout ipse Cæsar refert d. l. 3. de Bell. Civ. n. 17. seqq. Posterior vero Lex Julia de cessione bonorum communi usu in foro civili in hæc usque tempora approbata est, cuius hæc summa est: *Quod debitoribus fortuna injuria depauperatis liere debet, citra metum carceris & aliorum cruciatuum bona sua creditoribus cedere & tradere. Ceteri vero qui non fortuna, sed proprio aliquo vitio non solvendo facti sunt, ad redhibitionem debita quantitatis congrua atque dignissima suppliciorum acerbitate cogi possint, sicut expressum est in L. i. Cod. Theodos. qui bon. ex L. Jul. ced. poss.*

C 2

§. XXX.

## §. XXX.

Ex quo igitur pro principio & fundamento notandum est, quod Lex illa Julia non omnem carcerem, non omnia vincula, nec omnem nexum in personis debitorum sustulerit; sed illos tantum debitores, qui sine culpa sua non solvendo sunt facti, h. e. debitores causitales, ab illis immunes esse voluerit, ceteros justis suis suppliciis commiserit. Regula ergo est, quæ veteri Romanorum consuetudine nititur, debitores posse neci, posse addici. Excepio est, quæ Lege Julia fundatur, debitorem causalem non posse neci, non posse addici, sed habere beneficium cessionis bonorum. Hæc iterum Wegnerus. d. l. n. 41.

## §. XXXI.

Junge nunc hæc, quæ in d. l. i. C. Theod. qui bon. ex L. Jul. ced. poss. continentur, cum illis, quæ supra in §. XXV. & XXVIII. dicta sunt, & satis clarum fiet, sub omnibus Imperatoribus Romanis, usque ad Theodosium addictionem debitorum in usu fuisse. Nam licet Spartianus de Hadriano memoret, *cum decoctores bonorum suorum, si sue autoritatis essent, catamidiari in amphitheatro ac dimitti jussisse*, tamen hæc Lex ut specialissima, decoctores malignos concernens, alias & addictionem debitorum non sustulit, imo cum qualitate suæ poenæ in obscurò manfit. Videlur tamen hoc verbum catamidiari proxime a græco *μαστιχάω* derivari, quod est risui habere, indeque non improbabilis erit conjectura Budæi, qui catamidiari hoc propemodum Iudibrii genus esse putat, quo Polygami nonnulli afficiuntur, qui mithellati in scalario suggesti, lascivientis plebeculae scurrilitates perficta fronte, ad aliquot horas audire coguntur, quod mithrare appellant, teste eodem Budæo ad L. si hominem §. quoties ff. deposit. In quam sententiam etiam inclinare videtur Gothfredus ad L. 7. ff. ad L. Jul. de vi publ. & expressius consenit Wissenbach. diss. 46. ad Instit. Th. uit. Alter tamen Salmannius catamidiari idem esse dicit, quod cædi, in tract. de mod. usū. pag. 847.

## §. XXXII.

## §. XXXII.

Jam vero simillimum est addictionem hanc cum extensione Romani Imperii in provincias quoque extensam, imo etiam apud finitimas licet non devictas gentes receptam fuisse. Quamvis non negem, nonnullas etiam ex sacris literis tanquam primo fonte eam haurire potuisse. Hinc illam apud Polonos in praxi observari testatur Andr. Lipsky. Cent. I. pract. Observ. 33. n. 13. Hispani debitorem suum pravia incarceratione cum torque ferreo crastitudinis digitalis (en speciem nervi Romani) quem ille publice & aperte in collo gestare tenetur, creditoribus ad serviendum tradunt, de quo testantur ipsi Hispani. Covarruv. Lib. 2. var. resolut. C. I. n. 5. Molin. Tom. II. de Justit. & Jure disp. 572 n. 14. Gomef. Tom. II. variar. resolut. C. XI. n. 52. Jure Prutenico provinciali constituta est in debitores pena turris. Land-R. Lib. 1. Tit. 47. Art. 4. §. 10. & condemnatio ad operas. Land-R. Lib. 1. Tit. 24. Art. 15. §. 4. Ita ut optio detur creditori, utra pena malitiosum suum debitorem punitum velit. d. Tit. 24. §. 4. in fine. Imo haec addicatio aut in nexum & operas datio ad universam Africam & ad Insulas Americanas usque transiit, autore Bodino I. de republ. C. V. circa fin.

## §. XXXIII.

Et jure quoque Justinianeo licitum esse debitores non solvendo existentes in carcerem conjicere, & ad operas addicere, afferendum ac supra §. XXVII. monstratum est. Et quomodo beneficium cessionis bonorum debitori, cui plane nihil superest, applicari potuit? Fatendum igitur, Justinianum eandem distinctionem, qua Theodosius supra §. XXIX. L. Julianam intellexit, adhibere voluisse, id quod ulterius ex L. 1. C. qui bon. ced. poss. confirmatur, ubi beneficium cessionis bonorum ad hoc tantum prodest dicitur, ne judicati detrahantur in carcerem, inde argumentum: quibusunque debitoribus beneficium cessionis bonorum non prodest, illi judicati in carcerem detrahi possunt, At debitoribus sua culpa & dolo non solvendo factis beneficium

cessionis bonorum non prodest, quod supra principii loco notavimus, & insuper manifeste probavimus, tum ex ratione L. 2. §. 3. ff. ad SCtum Vellei. Quod scilicet deceptis non decipientibus LL. optulerunt, tum etiam per communissimam DD. septentiam, teste Bachov. ad Treutler. Vol. II. disp. 24. Th. 4. Lit. B. circa fin. ex qua natum est illud Brocardicon: *Cessionem bonorum esse miserorum subsidium, non dolosorum presidium*, quod ex Iohann. Baptist. & ex Bald. roborat Boër. Decis. 215. n. 6. vid. Bald. ad L. 1. C. qui bon. ced. poss. col. ult. ibi: justa autem repunctione tacita &c. Ubi debitores sua culpa & dolo inopes factos per contrarium ipsius beneficii actum, tacite cessioni bonorum renunciasse videri ait. Adde gl. in L. fin. ff. qui in fraud. credit, quam communiter approbatam dicit Brun. de cess. bon. qu. 28. part. pr. 4. & qu. 5. ibid. Idem porro de mittendis in carcere malignis debitoribus corroborari potest ex L. ult. C. qui bon. ced. poss. Ubi qui cessionem bonorum vel quinquennales inducias petunt, illud petere dicuntur, ut omnes corporales crucias amoyeantur. Alii ergo qui nec bonorum cessionem nec quinquennales inducias petere possunt, a corporali cruciatu immunes non manent, sed creditorum arbitrio ad verbera usque conceduntur. Accedit tertium argumentum a tempore defumtum. L. 1. 2. 3. 4. 5. qui bon. ced. poss. ab Imperatoribus Alexandro, Philippo, Valeriano, Gallieno, Diocletiano, cum collegis conditæ sunt. Jam vero supra satis dictum eorum temporibus addictionem & nexum viguisse, ergo contra addictionem & nexum illæ explicari non possunt. Omnium vero optime hic notandum, Justinianum quidem de carcere & cruciatibus malitiorum debitorum loqui, sed non de operis & servitiis, quæ creditoribus ab illis debitoribus, qui, quod nihil habebant, bonis cedere non poterant, exigere liberum mansit.

## §. XXXIV.

Obstat videatur L. 2. C. de exact. tribut. ubi debitores a carcere omniq[ue] alia corporali pena omnino liberari videbantur. Itemque L. 12.

L. 12. C. de obl. & Action. ubi nemo ob as alienum in servitutem creditoris compellendus esse dicitur. Sed recte ad d. L. 2. C. de exact. tribut. respondit Hotomann. illustr. qu. 26. eam tantum agere de debitoribus fisci, tributa non solventibus, quorum sublevatio vel ideo singularis esse potest, quod sub bono Principe malitia fisci causa esse soleat, & alias invidiosum sit ita collectis & tributis onerare subditos, ut iis solvendis non sufficiant. Bachov. ad Treutler. Vol. II. disp. 24. Th. 4. Lit. C. in verb. debitor fisci. in fin. Facilius utique potuit Constantinus a fisci jure recedere, quam subditorum suorum jura & consuetudines infringere, ut adeo nihil absoni sit, rigorem exactiorum fiscalium ab eo correctum, privatarum autem antiquo vigori relictum esse. Et alias juvat hanc interpretationem ipse textus, ubi carcera plumbatarumque verbera aut pondera &c. vel a perverbis vel ab iratis judicibus non a creditoribus venire dicuntur, & totius tituli rubrica. Ad hanc adjecta in d. L. 2. ratio (ob cuius generalitatem Hunnius ad Treutler. Vol. II. disp. 24. qu. 22. ibi: et si porro rigido jure &c. allegatam Hotomanii responsionem rejicit, quam ipse tamen paulo post, ibi: Sic etiam non obstat &c. comprobat) non est adeo diffusa & ampla, ut dolosos etiam & sua culpa factos banciruptores comprehendat. Eequid enim impedit eos, qui furibus non sunt absimiles, Hotomanni d. I. inter homines noxiros numerare? Manz. in patroc. debit. deputiperat. dec. 1. qu. 5. n. 53. de his autem sola hic est quæstio, in qua alias variae distingui solet, quas distinctiones non sine fructu videre est apud Bartol. in L. cum eo ff. ad L. Jul. peculat. n. 2. & distinct. 417. & apud Johann. Fabr. ad §. ult. Inst. de Action. n. 2. Imo non improbat d. L. 2. carceres tadiales, ut vocant DD. qui scilicet eo fine habentur, ut tantisper ibi haereat reus, donec creditori satisficerit. Besold. in Thes. pract. verb. Schuld & Churn, sed tantum carcerem hominum penalium, hoc est eorum, qui pro futura capitalis pœna executione intra claustra continentur, quem ne ipsi quidem in puncto debiti admittimus. Et quid huic Legi 2. C. de exact. tribut. cum operis debitorum.

S. XXXV.

## §. XXXV.

Ad L. 12. C. de O. & A. respondet Rævard. 4. Varior. 18. vocem: servire, ibi pro præstatione operarum accipiendam, & supposita hac acceptance, voculam: compelli, in d. l. presius urgendam esse, ut sensus sit: Jura non pati, ut quis ob æs alienum servire compellatur i. e. invitus serviat, & invitus præstet operas creditori, licet recte in carcerem invitus trahatur, & recte item illam carceris pœnam voluntaria servitute effugiat. Sed nimis coacta hæc Legis solutio, & nusquam legitur, electionem liberam carceris aut operarum debitori competitissimæ. Aliter respondet Wegnerus d. tract. Cap. X. n. 9. in fine: hanc legem de debitoribus casu non solvendo factis, accipiendam esse, ne scilicet hoc vitio laborare incipiat, ut dolum alicujus etiam sublevare videatur, maxime cum dolus in omni contractu & omni constitutione exceptus intelligatur. Sed & hæc responsio non satis quadrat. Nam licet post Legem Julianam aliquia distinctione inter obsecratos malignos & debitores casu non solvendo factos facta esse posse, tamen exinde non liquet, illos, exceptis his, propter debita in servitatem perpetuam datos fuisse, contra naturam addictionis, qua uti supra ex Quintiliano monstratum addicti libertatem certo modo servabant, & operis ad satisfactionem debiti præstatis, omne jus creditoris finiebatur, quod in quolibet debitore sive maligno sive casuali, verum manet. Igitur iterum Hotomanni d. l. facta responsioni, quam etiam sequi videtur Scipio Gentil. de Jurisdict. 13. ad stipulamur, vocem: servire, ibi proprie accipi, & significare idem quod servum esse, vel servitatem servire, adeoque Legis, quam Diocletian. & Maximin. composuerunt, sensum esse, quod jura non patiantur, ut debitor ob æs alienum ad perpetuam servitatem trahatur, & ad fardidissima quæque obeunda urgeatur. vid. Vital. de Camban. in Tract. Clausul. in quæst. an possit renunciari beneficio Cessionis bonorum. n. 33. Petr. Peck. de jure fistend. C. IV. n. 3. ex Salyc. & Fulgos.

## §. XXXVI.

## §. XXXVI.

Post resurrectionem juris Romani in Italia, Germania &c. DD. iterum carcerem, servitiam, & proinde addictionem debitorum agnoverunt. Ratio erat, Leges & statuta potissimum considerare, ne creditores credito suo fraudarentur, ut ait Paris. Conf. 99. n. 2. Lib. 3. unde dixit Peck. d. 1. n. 1. regulariter constare debitorem cuiusque quacunque legitima ex causa fisi & detineri posse, teste Mansuerio in sua praxi Tit. de execut. vel subhaft. circa init. adeo ut plerique existimant nihil referre, etiam si constet debitorem illum propter manifestam inopiam solvere non posse, cum ex operis suis & mercede diurna, deducatis tam prius alimentis, tantum corraderet posset, unde creditori fiat satis. Rom. n. 8. & Ange. cum aliis ad L. pro hærede §. si quid tamen ff. de acquir. hæred. non multo aliter quam is, qui ab alio redemptus est, donec pretium redemptionis solverit, detinetur. L. Senatus §. fin. ff. de Legat. i. L. qui testamento §. potestatis ff. de testam. Quid igitur si ex eo nulla utilitas sperari posset? quid si nihil penitus artis sciat? Angel. cit. loc. & Angelum ibi n. 7. secutus Romanus in simili respondent, quod creditor non potest petere se immitti in jus vel rem debitoris, si ea immisso nullum ipsi lucrum adferret. Atqui mores nostri acerbiores sunt, etiamque hi aut carceri mancipantur, aut bonis cedunt. Cedere vero non possunt, si nequitia profusione culpave sua in paupertatem inciderint, dolore malo, cum se solvendo non esse scirent, contraxerint. L. sunt ff. de re judic. DD. ad L. 2. & ult C. qui bon. ced. poss. Sunt etiam interdum, qui in carcere manere, quam aut creditori servire aut bonis cedere malent. Sed ad servitium praestandum quod attinet, audiendos non esse respondit Rodericus del. 2. foro II. Lib. 3. Cap. incip. quarto tertio, existimatque praecedenti capite statutum valere, quo cauitas est, debitorem operari debere creditori, donec satisfactum debitum fuerit, cum secundum L. XII. Tabb. etiam dilaniandus creditoribus datus fuerit. Videtur itaque adversus Bartol. & Roman.

D

Roman. sentire, ex juris communis dispositione illud non licere, quia ob  $\alpha\sigma$  alienum servire liberos creditoribus jura compelli non patiuntur, respondit Imperator in L. ob  $\alpha\sigma$  C. de O. & A. tum quia hoc valde extraneum & diversum est ab obligatione contracta, ut ibi ait Baldus, tum quia haec servitus contraria est libertati, cui debitum pecuniarium aquari non potest. L. plane 2. de Leg. 2. Sed hoc intelligunt alii, si vellet creditor debitorem vel in perpetuam servitatem trahere, vel ad sordidisima quaque obeunda urgere Salyc. & Fulg. ibi. Tum vero constitutio illa de liberis debitoris loquitur, de debitore vero, qui promissum facere non potest, & cedere bonis non vult, non loquitur, aliasque qui solvendo non sunt, carceri de jure mancipari possunt. L. 2. §. tutores. ff. de suspect. tutor. quapropter in ea opinione versor, ut existimem, debitorem, si aliud non habet, & bonis cedere non vult, aut non posit, in hoc damnari posse, ut deductis alimentis ex operis suis satisfaciat, aut creditor liberaliter, moreque aliorum inferiat, juxta ea quae notat Baldus ad d. L. ob  $\alpha\sigma$ . in vers. extra glossam; & alii ad di<sup>ct</sup>. §. tutores. & ad L. nemo. de exact. tribut. C. Lib. 10. Hactenus Peckius. Cujus verba hic apponere ideo labuit, quod non solum antiquorum DD. assensum exprimant, sed etiam ea, quae diximus, partim illustrent, partim confirmant. De debitore incarcerated quoque videatur Wurmser. pract. forens. Lib. 1. Tit. 28. Obs. 8.

## S. XXXVII.

Sed unde & quonam tempore addictionem ad Saxones per venerit, accurate definiri nequit. Ex sacris literis hoc factum fuisse difficulter credendum, cum illæ & Christiana religio ante Carolum Magnum Saxonibus fuerint incognitæ, addictionem vero Saxoniam, cum reliquis ejusdem populi consuetudinibus longe antiquiores fuisse, satis notum sit. Pro magis certo igitur tenendum, Saxones a Romanis addictionem didicisse. Scimus enim Legiones Augusti sub Varo, in Westphalia deletas esse, Westphali autem sunt Saxones. Scimus etiam Varum a Germanis

manis ibi circumventum esse, dum magis tribunal i cumbebat,  
quam armis intentus erat. Subditi Romanorum tunc temporis  
erant Saxones Westphali, & Romano Jure, Romanisque uti-  
abantur advocatis, unde illud inquilini militis, qui in eadem vi-  
ctoria linguam romani advocati exsecans dixit: tandem vipera  
sibilare define? Proinde aut addictionem a Romanis acceperunt  
talem, quallem nunc habemus, nam eam illo tempore quoque  
& perpetuo ad laborem solum, apud Romanos viguisse supra  
deductum, aut nexum, carcerem & verbera, ut germanae libertati  
nimium ignominiosa rejecerunt, illud quod in addictione  
justum & aequum erat, retinentes, quod Saxonibus Ostphalis  
ceterisque itidem gratum & acceptum fuit.

## CAP. III.

De Justitia intrinseca addictionis  
Saxonicæ.

## §. I.

**S**Atis ex supradictis perspectum erit, apud Romanos ante Le-  
gem Julianam nullam, post hanc aliquam sed non semper ob-  
servatam differentiam inter obxatos, qui per infortunia, & illos  
qui sua culpa non solvendo facti sunt, fuisse. Et prius, nempe  
nullam differentiam fuisse, etiam de nostra addictione Saxonica,  
ut in Cap. seq. apparebit, dicendum erit. Hinc factum ut multi  
DD. eam pro nimis dura venditent, inter quos Bocerus in Orat.  
de priv. Doctorum ita querulatur: *Quod ius addictionis in servitu-*  
*tem rigidissimum, quamvis Legibus Romanis abrogatum sit, apud Sa-*  
*xones tamen etiamnum usurpatum, qui non modo carcerem sed etiam ad-*  
*ditionem veterum, cuius memiperunt Gellius & Quintilianus, exlude-*

D 2

cesso-

*cessionis beneficio admittunt. Wefinbec. de honor. cess. n. 3. Colerus de process. exec. Part. I. C. III. n. 150.*

## §. II.

Omnis hic involutos errores Boceri & multorum aliorum, etiam Heigii, quest. 35. p. 1. explicare jam nolo, hoc tantummodo illos in genere servitutis maxime errare; Aliam, ut supra abunde monstravimus, servitutem efficiebat addictio ex L. XII. Tabb. aliam addictio, quae tempore Quintiliani erat usitata, & haec ultima neutiquam servitutem proprie sic dictam; cum hac vero convenit nostra addictio Saxonica fortasse ratione alimentorum addicti & in computando operarum pretio illa adhuc mitior.

## §. III.

Sane ius naturæ ex principiis: Suum cuique tribuere, & neminem laedere redditionem debitorum per se facit indispensabilem, concurrit cum illis: promissa esse servanda. Jam vero qui accepta non refert, non solum creditori suum non tribuit, sed ulti illum laedit, suum detrahenda, porro promissa non servat, nam omnia debita presupponunt promissionem redditionis, modo quodam correlative, alias debita non essent. Certum posthinc est, hominem tamdiu obligationem & promissionem suam, ad evitatem lectionis alterius praestare debere, quamdiu ipse in salute animæ & corporis non laeditur. Non autem laeditur addictus Saxonicus in anima, cum nullam in religione coactionem sentiat, non in corpore, cum labore non squalidum, sed instar aliorum hominum liberorum conductorum praestet, alimentaque necessaria habeat, imo ab extraneo creditore, qui cum addicto debitore sub eodem judice addicente non vivit, cario pro his & lectionis ergo praestetur. Igitur justitia naturæ hujus addictionis satis fundata est.

## §. IV.

## §. IV.

Cur ni justitiam hanc Leges positivæ sequi potuerunt? Fortasse quia multis debitoribus labor insolitus & durus? utique qui ita sentit, hoc ante contractionem debitorum pensitare debuisse. Nam qui sub Lege vivit, ejus effectibus quoque futuris satis notis subjectus est; qui igitur in locis habitans ubi additione viget, debita contrahit, eo ipse scit & scire deberet, si non reddat, se addictioni & labori subjectum esse. Neque labor in se, & non squalidus, ignominiosus est.

## §. V.

Singulariter notandum, quod illi qui redimunt captivos ab hostibus, possint eis depositare id quod illis solverunt, vel uti eorum labore vel opera quinquennali, juxta L. fin. C. de postlim. reversis, & redempt. ab host. cuius verba: *Exceptis his quos barbaris vendentibus emtos esse docebitur, a quibus statu sui pretium propter utilitatem publicam emtoribus equum est, redhiberi.* Ne quando enim danni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emtionem decet redemos aut datum pro se pretium emtoribus restituere, aut LABORIS OBSEQVIO VEL OPERE QVINQUENNII vicem referre beneficij, habituros in colum (si in ea nati sint) libertatem. Imperatores Christiani Honorius & Theodosius hujus Legis autores sunt, & secundum illam justum est, redemptum ab hostibus adigere aut ad restitutionem pretii, aut ad laboris obsequium vel opus quinquennale. Sed ubi major requiritur Christiani misericordia & æquitas, erga miserum & summe cruciatum captivum apud barbaros, aut erga debitorem, qui in plena libertate constitutum pecuniam mutuo sumit, & aut negligenter, aut nimia in se fiducia, aut petulanter perdit? Homo vel tralatitie rationem adhibens pro captivo respondebit, & ipsum Jus Civile redemptionem captivorum causis piis annumerat, & ob illam §. Sacra. de R. D. alienationem rerum sacrarum admittit. Et tamen redemptus captivus aut litrum restituere, aut laborare, aut

D 3

quin-

quinquennali opere pro se solutum compensare debet. Cur ni  
& debitor, in tali necessitate qua captivus, tempore facti debiti,  
laborare debet? En absurdum! Hic in eodem, vel altiori  
gradu utilitas publica subest, quo major numerus debitorum in  
Republica quam captivorum apud hostes, etiamque damni con-  
sideratio in necessitate positis negari facit dationem mutui, &  
habet debitor laborans in columem libertatem. Restituat ergo  
debitor debitum aut labore. Ubi obiter observandum, non ab-  
undanter esse posita verba: aut laboris obsequio, vel opere  
quinquennii, nam securi disjuncta sunt, ita laboris obsequium  
obtinere videtur, si litrum sit paryum, & labore brevi, intra  
quinquennium compensari possit, opus quinquennale vero, si  
magna summa pro captivo sit soluta, qua si etiam quinquennia-  
li labore redemptus compensare non possit, eo tamen praestito,  
extinguatur. Apparet simul ex hoc satis vetusta aestimatio la-  
borum.

## §. VI.

Sed quid si debitor absque sua culpa aut dissipatione ho-  
nis exuatur? etiamnum de jure naturali quoque modum solu-  
tionis per addictionem reculare non potest. Nam creditor sola  
ea intentione, ut suum recipiat, debitorem juvit, & ei fidem ha-  
buit, ergo ejus consensus tacitus, in remissionem debiti, eo  
casu, quo debitor sit per infortunia non solvendo, absurdissime  
singitur, debitor vero absque conditione futurorum infortunio-  
rum (quam si dixisset, creditor mutuum non dedisset) se obli-  
gavit. E. infortunia eum a solutione liberare non possunt.

## §. VII.

Scivit quoque debitor Legem positivam, seu statutum Sa-  
xonicum, quod nullam exceptionem in casu obversæ fortunæ fa-  
cit. Ideo cum illi voluntarie se submisit, de jure audire po-  
stea necesse habet: quod prius fuit voluntatis, postea sit neces-  
sitatis, volentique non fieri injuriam.

## §. VIII.

## §. VIII.

Deinde pactura valet, quo quis se obligat ad carcerem. Bürgerliche Gefängnis. Modestin. Pistor. p. 1. qu. 39. Paris de Pateo in tract. de Syndic. Cap. penult. incip. Quare de uno notabili n. 3. vers. tamen Baldus dixit. Gail. Lib. II. Obs. 65. n. 3. qui tamen Lib. II. de P. P. Cap. II. n. 21. sibi ipse contradicit, nisi credamus, illum in primo loco practice, in secundo vero theoretice, & de carcere penalio locutum esse. Stammius de servit. person. Lib. I. Cap. IV. n. 13. pactum & obligationem ad carcerem admittit, & id valere statuit, si per locorum magistratus debitores ad carcerem ducantur, sed non valere, si creditor extra ullum necessitatis casum propria autoritate debitorem includere velit. Goeden. Cons. 103. Myns. VI. Obs. 51. vid. idem Stamm. Lib. 3. Cap. XII. n. 6. item valet pactum, quo quis creditor ad operas diurnas, donec debitum dissolvat, deductis tamen quotidianis alimentis, se obligat. Gail. d. I. II. Cap. II. n. 23. Köppen. p. I. dec. 29. n. 4. Si vero hæc ita sunt, cur ni quoque debtor debita contrahens & non solvens, vi Legis, cui non solum tanquam subditus subjectus est, sed quam etiam cum omnibus clausulis ipso facto dum debita contrahit, sciens agnoscit, obligatus erit ad operas carcere longe tolerabiores.

## §. IX.

Interim iniquissima audit hæc juris Saxonici dispositio de addictione apud multos etiam Saxonicos Doctores. Ita Cellerus in decis. 135. n. 2. verbis utitur: *At de jure Saxonico iniquissime statuitur &c. & n. 3. Quod licet valde iniquum sit & cruele &c. Sed tantam iniquitatem nullibi video, nam de adversa futura fortuna ipse debtor ab initio contractionis debiti cogitare debuit ac potuit, & si de hac tempore contractionis, conditionem non posuit, ipse sibi effectum nostra Legis imputet.* Et quid de tali homine cogitandum, qui sciens quantitatem debiti & suorum bonorum, humeris plus oneris imponit, quam quod ferre possunt.

funt. Plurimi mortalium volare audent, antequam habeant pennas. Et omnia fortunæ committere fatuum est.

## §. X.

Opponitur fragilitas humana, & quod idem quod creditor debitori facit, iphi obveniri posfit. Verum reddit hoc ad petitionem principii. Applica quæ dicta sunt ad creditorem. Hic aut debitor aliorum est, & ipse per amissionem eorum, quibus alios juvit, non fit solvendo, aut si non est, in ruinam incidit amissione sustentationis propriæ. Utrumque summa sit iniquitate. Hinc lacrymæ illa tot familiarum, tantarum urbium, tantarum regionum, summa reipublicæ pernicies subest. En pulcrum illam æquitatem. Et licet interdum detur tertius casus, quo aliqui non sunt debitores aliorum, nec per amissionem debitorum auctivorum in ruinam incidunt, tamen hic inter tantam multitudinem hominum valde rarus est, & hi ipsi deterrentur in posterum, ne plura aliis credant, quod iterum in perniciem reipublicæ veritur. Si vero ob æquitatem debita remitttere debeant, ansam dabunt debitoribus defraudandi. Si igitur aliqua hic debet esse æquitas, relinquenda est discretioni creditorum, & Legibus aut judici nulla imputanda iniquitas, neque etiam indistincte creditoribus.

## §. XI.

Pertinet huc maxime consiliariorum quorundam Saxoniorum Electoralium post discussionem dicasteriorum Electoratus ad ulteriorem exactionis debitorum deliberationem deputatorum resolutio de mense Augusto 1644. quam verbotenus referre necessitas postulat: Denn obzwar nicht allein die Creditoren aus Liebe und Erbarmung gegen die verarmten Debitorum sich der Christlichen Billigkeit zu beschieden, und bey gegenwärtigen Zustande auf eine Zeitlang mit Gedult beruhigen lassen sollten, besonders auch derer durch den Krieg, Raub, Brand, Plünderung und andere Unglück verderbter und zu Grund ausgefogener Debitor erbarm-

erbärmliche Zustand an sich selbsten die schleunige und würckliche Execution nicht unbillig removiret; So will doch hingegen dasselbe die Qualitas und Eigenschaft iustitiae distributivæ nicht zulassen, als welche fürnehmlich hierinnen bestehet, daß einem jedweden ohne Ansehen und Unterscheid das Seinige gegeben und zuerkannt, und den Creditoribus zu ihren Anlehn hinwiederum schleunig verholffen werde, wann zumahlen dieselbe viel Jahr und Zeit lang in rechtlichen Processe gelegen, grosse Unkosten aufgewendet, und mit saurer Mühe und Arbeit dermähleins zum Definitiv-Urtheil gelanget, und zur Execution angeländet, welche in solchen Fall weder salva iudicis conscientia, noch ohne Hindansegung der Göttlichen, Natürlichen und Weltlichen Rechten den Creditoribus verfaget oder verzögert werden mag, denn sonst unter den Scheine der Rechte die höchste Ungerechtigkeit fortgesetzt, vielerley Muthwillen, Falsch und Betrug böser Bezahlter nachgeschen, die allgemeine Christliche Liebe in Ausleihung und Aushelfung des bedrängten Rechtesten gekränket, alle Conventiones und Pacta durchlöcheret, die Commercia mit grossen Nachtheil geschwächet, finis & effectus processuum, so allein auf würcklicher Execution bestehet, aufgehalten, und dadurch ipsa iustitia, als das fundamentum & fulcrum satutis reipublicæ ganz übern hausen geworfen würde, zugeschweigen, daß viele arme Wittben und Waisen, so wohl andere bedrängte Personen ihre Alimentation und Unterhalt nirgend anders her als von den Zinsen der ausgeliehenen Gelder zu nehmen, welche, wenn sie durch Verschiebung und Verzug der Execution abgeschnitten werden sollten, in Wahrheit ihnen alle Lebens-Mittel benommen werden. Wie nun dahero Ew. Churfürstl. Durchl. Hof-Gerichte, Juristen-Facultäten und Schöppen-Stühle zu Leipzig und Wittenberg, in ihren eingeschickten Bedenken einhellig dahin zielen, damit Ew. Churfürstlichen Durchl. Gros Herrn Vaters Churfürst Augusti höchstseligsten Andenkens, mit Seiner Churfürstl. Gnaden allgemeinen Landschaft reisen, guten, und heilsamen Rath gefassete, und von Ew. Churfürstlichen Durchl. nachmahls wiederhohlte und confirmirte Landes-Ordnung und Ausschreiben von schleu-

schleuniger Execution über Brief und Siegel in suo vigore & effectu gelassen werde ; also erachten Wir gleichfalls dasselbe den Rechten , der Billigkeit und Aufnahme allgemeiner Landes-Wohlfarth ganz eben und gemäss , nicht allein weil Ew. Churfürstliche Durchl. bey unterschiedenen und noch jüngst gehaltenen Landtagen , Dero getreuen Landshaft und Unterthanen bey den einmahl publicirten und beliebten Landes-Constitutionen verbleiben zu lassen gnädigst versprochen , auch unangeschossen Anno 1633. bey ebenmässiger Landes- & verderblichen Kriegs-Calamitat , bemeldte Landes-Constitution bis zu geruhigerer ersprießlicherer Zeit interimis weise zu suspendiren Anregung gethan worden , Ew. Churfürstliche Durchl. jedoch , allen ungeachtet es dabej bewenden lassen , sondern auch und in fürnehmlicher Erwegung , daß solche heilsame gefasste Landes-Constitution und Ordnung , nunmehr über 80. Jahr , mit grossen Nutzen des Landes und allgemeiner Einwohner , practiciret , von mannlichem , auch des Landes und Römischen Reichs auswärtigen hoch gerühmet , dadurch die Commercia , Handlungen und Contracte mit guten Aufnahmen der Unterthanen , so wohl Ew. Churfürstlich. Durchl. und des ganzen Landes Wohlfarth befördert worden . Was nun hingegen mit Hindansetzung solcher höchst läblichen , nützlichen und ganz heilsamen Constitution und Ordnung vor mancheley Inconvenientien , Unheil und Verderbnis Ew. Churfürstlich. Durchl. Landen zu besorgen , ist aus deme , so vorerwehnt , unschwer abzunehmen , geben es auch voriger Zeit , da etroa von einer oder der andern allgemeinen Constitution und Rechten interimis weise abgenommen worden , Exempla und die Erfahrung . Was insonderheit bey dem L. Schulde-Befen aus geschwächter dieser Landes-Constitution für grosse Ungelegenheit sowohl in und außer Landes , Lamentiren und Klagen super denegata justitia , auch andere ungleiche Nachreden entstanden , ist mannlich unverborgen , wie auch hierdurch des Staths zu L. Credit geringert , Dero Unterthanen und Bürger propter jus talionis an auswärtigen Dörfern angehalten und die Repressalien wieder sie vorgenommen worden , ist gleichfalls offenbahr und bekandt , welche und

und dergleichen mehr Inconvenientien, wann gleich nur auf eine Zeit lang die Landes-Ordnung suspendiret werden sollte, Em. Churfürstl. Durchl. allgemeinen Landen und Unterthanen außer Zweifel gleichfalls zugezogen, dasselbe auch ohne merkliche Em. Churfürstlich. Durchl. Disreputation nicht geschehen würde, dergleichen aber als ein Damnum universale und sonderbares Nachtheil des ganzen Landes bey gegenwärtigen statu turbulentissimo, da zuförderst maniglich des Credits und Vorschusses benötiget, und dahero Treu, Aufrichtigkeit und Glauben zu erhalten, mit eines oder des andern Debitoris Privat-Druhen und Aufnehmen, wiewohl auch hierdurch demselben nicht allerwege geholfen wird, keinesweges zu compensiren oder zuersetzen.

## §. XII.

Provocat itaque hoc consilium summa cum deliberatione & diligentia elaboratum, secundum Carpzov. in asylo debitorum Cap. III. n. 27. ad ordinat. provinc. de Anno 1555. rubr. verfaßt Brief und Siegel, & Ord. proc. judic. Tit. 39. Sed nec exclusa est Constit. 22. P. 2. vom Schuld-Thurn, utpote quæ etiam 80. Annos ante hoc consilium fuit. De quo infra. Unicum hoc ex illo ad scopum trahimus, unumquemque debitorum, sive infortunatum sive decoctorem vera & laudabili cum justitia ad solvendum tempore præscripto teneri, & id æquitatem quoque postulare. Lectuque digna sunt, quæ Carpzov. ibid. a n. 22. usque 41. inclus. pro declaratione hujus consilii, late adducit.

## §. XIII.

Sed nec transeunda sunt, quæ idem Carpzov. d. l. a n. 42. usque 114. pro stabiliendo suo æquilibrio latissime scripsit. Percurramus brevissimis ejus argumenta. (1.) Novum haud esse in Jure Civili, ut in favorem debitorum pro ratione status ac temporis de rigore quid remittatur, & a regulis executioni præscriptis recedatur &c. Sed quid hoc ad justitiam intrinsecam debita redditionis & mediiorum proindeque etiam addictionis Saxo-

nix, quibus debitores coguntur ad solvendum. Et licet (n. 51.) concedamus, quod in gratiam egenorum peculiares condi possint Leges ac conditae emendari, tamen cum hoc fiat de facto restat quæstio: an de jure, præfertim naturali, de quo supra, fieri possit, & annon hæc lenitas Juris Civilis, quæ portam aperuit perfidiae & luxuriae, ansam præbuerit interitui Imperii Romani, de quo videatur Salvianus. (2.) ad jus divinum provocare licet, quod rigorem adversus debitores depauperatos valde detestatur. Deut. 15. v. 7. Levit. 25. v. 35. & 36. Luc. 6. vers. 45. Sed textus illi Veteris Testamenti aperte loquuntur de elemoynis erga pauperes. Vid. quoque Balduin. Lib. 4. de casib. conscient. Cap. III. cas. 4. Et licet vers. 36. d. c. 25. Levit. de usuris loquatur, nihil tamen dicit de remissione mutui. Vers. 45. Luc. 6. plane per errorem hic allegatus est. Nec idem est pauperibus aliquid dare, & credita, interdum magna, cum sua pernicie, remittere, cum illic statim ab initio plane alia voluntas dantis subsistit, nempe libera donandi quantum vult, hic vero coacta, quantum non vult, aut sine proprio detimento remittere non potest. Remissionem usurarum aut partis ipsius crediti Carpzov. n. 61. præscribere non potest ipse agnoscens multitudinem & varietatem personarum & casuum nullam in hac materia admittere regulam. Jus Divinum nihil hic præscribit per deducta. E. ex hoc creditores debitoribus credita remittere non sunt obstricti. E. ex hoc conscientia per legalem executionem non leditur. E. ex hoc magistratus (n. 62.) ac principes creditores refractarios de rigore (seu potius de jure) nil remittentes per Legem publicam compescere & in charitatis officio coactive continere non possunt. Imo ex ipsis sacris literis & quidem Levitic. 25. v. 39. 40. supra Cap. II. §. I. addictionis nostræ fundamentum demonstravimus, quæ non fuisset dabilis & approbata, si DEVS in versib. anteced. 35. & 36. remissionem debitorum creditoribus absolute præcepisset, aut rigorem in exequendo prohibuisset. (3.) Charitas christiana non debet esse coacta, alias non esset charitas, & incipit a se ipsa, libera est, nec opus habet

habet æquilibrio & Lege magistratus quoad exercitium. Sed crudelis foret Lex , imo Legi naturali & christianæ charitati repugnans , quæ creditoribus reclamationem rerum creditarum prohibeat , ipsos summae necessitati & fami exponens. Pergit Carpzov . n. (4.) addamus privilegium necessitatis , quæ nullam agnoscit Legem , cujusque ea vis est & dignitas , ut sape rei non licita jus & æquum tribuat. Verum quid si creditor eadem necessitate urgeatur ? Tunc certe privilegiatus contra privilegiatum non utitur suo privilegio. Et licet non negetur quod n. 69. dicit : Legem quamplam tuendæ & conservandæ reipublicæ causa latam si eidem prejudicet , Legem esse desinere , & a scopo suo toto cœlo aberrare , tamen hoc hic non quadrat , etenim veræ rationis trutina rem perpendens , facile deprehendet , quod e solutione debitorum promissa & accurata , salus reipublica generalis magis dependat , quam si a specialitate casuum & singularium debitorum aut familiarium incommoditate & ruina , imo a remissione tam quoad debitum , quam quoad tempus , spe incerta creditoribus pro consolatione relicta , ad eandem salutem argumentemur. (5.) Argumentatur Carpzov . a remissione speciali tributorum a nonnullis Principibus subditis suis , qui per terræ motum , bella & sterilitatem aliquot annorum multa passi erant , facta. Sed quid hoc ad scopum ? Videantur quæ supra Cap. II. §. XXXIV. diximus. Longe differunt tributa a Principibus sepe ex pura libidine , aut certe vera necessitate , præsertim in quanto , non exigente , imposita , a debitibus , ubi debitores reddere debent , quæ acceperunt. Et quomodo Princeps subditus suum auferre potest. (6.) Ait Carpzov . Quisnam tam severus ac rigorosus audire cupiet magistratus , qui faltem pœna carceris exemptos non judicat debitores calamitate belli , aliove casu fatali lapsos. Nullibi forsitan animadvertere licebit rigorem. Verum relinquo B. L. quam vim concludendi exinde colligere velit aut poscit , conferendo antecedentia.

## §. XIV.

In summa Carpzovii dicta habent aliquam vim persuadendi sed non concludendi & convincendi. Et ex illis probe consideratis neminem latere potest, quod non firmo & adamantino, uti scribit n. 86. sed cereo nitatur fulcro æquilibrii sui struetura. Rem totam tribus distinctionibus n. 87. 88. 89. salvare conatur. (1.) Nimirum non tollit æquilibrium executionem, sed vel ad tempus saltem ejus rigorem suspendit & executionis processum ad regulas æquitatis charitatisque christianaæ revocat, ut non residuus facultatibus penitus debitores excutiantur, sed spes aliqua ad meliorem pervenienti fortunam iis relinquatur. Ex quo (2.) & id expeditum est, æquilibrium totale nequaquam repudium dare Legibus præscriptis & saluberrimis Principum sanctionibus, quibus consultum creditoribus contra ingratitudinem debitorum, nunquam quod mutuo accepere restituentum, sed eas saltem explicare, restringere, & pro ratione status ita interpretari, ne ex generali ac sinistro legum & constitutionum intellectu salus reipublicæ periclitetur. Et quod (3.) ex necessaria hinc profuit consequentia, nec omnes juvat debitores, nec etiam creditores omnes gravat. Sed ita æquilibrium volumus struetum, ut saltem per id debitoribus præter culpam suam belli calamitate casuque fatali alio ad incitas redactis aliquantulum succurratur, & nihilominus creditoribus egenis, privilegiatis aliisque, qui non tam ex intempestivo rigore, quam necessitate coacti suum repetunt, tantum præstetur, unde necessaria, pro conditione sui status habeant alimenta, nec super eorum defectu contristentur, spe certissima illis relicta se credita sua non amissuros, nec temperamentum executionis sorti restituenda præjudicaturum, quantumvis dilatio temporis modico eos gravet onere. Observato triplicis hujus distinctionis libramento absque negotio repelliri queunt tela, quibus vulgo destruendum eunt nostrum æquilibrium.

## §. XV.

## S. XV.

Verum ad (1.) cum creditor aut semper aut communisime mutuum det ad certum tempus, quo finito ad propriam salutem & aliis fidem habendam illud destinavit, certe si solutio debitoris praefixa & promissio tempore non sequatur, idem expectandum habet, quod canis ille, qui spe & promissionibus domini, sine cibo, alitus, expiravit. Hic itaque nulla æquitatis charitatisque régula est. Insuper experientia docet, inter tot milia debitorum, quibus pars facultatum & spes aliqua ad meliorem perveniendi fortunam relicta fuit, vix unum aut alterum scopus quæsivisse, & tamen non semper consécutum fuisse. Ad (2.) falso reipublicæ in eo vertitur, ut non tantum ingratiti debitores ad solutionem cogantur, sed & alii, licet non ingratiti hoc faciant, nam debitorum quorūcunque inopiam cum detrimento creditorum sublevare injuriam & lassionem creditoris secum fert, imo ex uno malo facit duo, cum hinc quoque a parte debitofum incuriaz ac perfidiæ hominum plus una fœstra aperiatur, quod sane contra reipublicæ utilitatem pugnat. Ad (3.) Casus sub hoc numero positus, facilissime & feliciter fictus est, sed in rei veritate aut nunquam aut rarissime dabilis, de quo iterum provocamus ad experientiam, præsertim cum illis conditionibus inseparabilibus, ut (a.) debitoribus præter culpam ad incitas redactis succurratur, & (b) nihilominus creditoribus egenis, privilegiatis, aliisque tantum præstetur, unde necessaria pro conditione sui status habeant alimenta (c.) spe certissima illis relicta, se credita sua non amissuros. Nonne etiam distinctione inter culpas, debitoribus erit applicanda? quanta difficultas hujus applicationis? quanta differentia & multitudo casuum? Unde spes illa certissima creditoribus relicta, se credita sua non amissuros? quanta negligentia judicum in perscrutanda veritate casuum fortunæ adversæ, sine antecedente culpa? neminem namque latet, multos, non dicam omnes, confessores prætextu infortuniorum se tanquam communi clypeo tue-

ti, &amp;

ri, & in numerum æquiliibratorum, ut ita loquar, recipi, quid si ignavia, quid quoque si libidinosa prodigalitas & commessatio, uti hodie plerumque fit, antecedat, & verus etiam casus fortuitus sequatur? Certe hæ solæ quæstiones, quarum adhuc Magnus numerus restat, & hodiernus ex lenitate erga debitores superflua, ortus pessimus fidei commercialis status, nocivos æquilibrii Carpzoviani effectus satis clare indicant.

## §. XVI.

Jungantur nunc hæc cum illis, quæ supra §. III. seq. hujus Cap. dicta sunt, & de justitia interna addictionis nostræ Saxonice, nemo dubitabit, imo hæc & alia hujus generis Leges, non nisi cum offensione reipublicæ in desuetudinem abire possunt. Et si tandem ullo modo præsertim eo casu, quo debitor, alias homo bonus, solum per adversa fortunæ casum non sit solvendo, sub specie æquitatis, dispensare liceat, hæc potestas dispensandi solum ad creditorem non ad Legem aut judicem pertinere debet, erga quem persuasio quoque sed non coactio locum habebit. Et hoc modo Lex justa & observata multos improvidos a contractione debitorum deterrebit, perfidia non supererit occasio, sirum cuique tribuetur, florebunt commercia, salvy erit reipublicæ status, & christianæ charitati ac misericordiæ non præcludetur locus.

## CAP. IV.

## Sedem addictionis Saxonice ad manus demonstrat.

## §. I.

**T**extum habemus expressum in Land-Necht Artic. 39. lib. III.; Ver

Wer do Schuld fodert vor Gerichte, auf einen Mann der nicht gelten mag, noch Bürgen sezen, der Richter soll ihm den Mann antworten für das Geld, den soll er halten gleich seinen Gefinde mit Speis und mit Arbeit. Will er ihn dann spannen mit einer Halden, oder mit einem Fes sel das mag er thun, anders soll er ihn aber nicht peinigen, lässt er ihn loos gehen oder entläuft er ihm sonst, damit ist er des Geldes nicht ledig, dieweil er ihm nicht vergolten hat, und die Bezahlung auch nicht vollbringen kan, so ist er immer sein Pfand vor das Geld.

Latine ita :

Qui debita in judicio petit, & ab eo qui solvendo non est nec poterit habere pro eo stipulanten, judex eum pro debitis creditori debet presentare, cui cum laboribus & cibariis (æque sua familiæ) tenetur providere, &, si vellet, compedi eum includat, aliter eum non debet tormentare. Et si effugerit, propter hoc non est a debitibus non persolutis liberatur, quamdui debitorum solutionem ne quiverit comprobare.

s. II.

Porro im Weichbild Artic. XXVII.

Wird aber ein Mann um Schuld beklaget, die er selbs bekennet, und hat er Erb binn dem Weichbild, das besser ist denn die Schuld, er mag sich wohl damit ausbürgen, bis zu den nächsten Tagding. Hat er aber kein eigen nicht, so muss er Bürgen sezen, hat er der auch nicht, mann antwort ihm jenen bey der Hand, ist er denn ein Gast, er soll ihn mit ihm führen (ob er ihn nicht behalten mag binnen Weichbild, er muss aber Bürgen sezen, das er ihn unverder bet (an seinen Leib oder an seinen Gesund) wieder antworten woll. Hat er aber der Bürgen nicht, er soll ihn lassen binn dem Weichbild, in des Richters Haus, mit solcher Haf te, das er ihm nicht entlauf, mit einem Fesser mag er ihn wohl span.

F

spannen, anders soll er ihm keine Pein anlegen, seind daß er sich mit Willen in das Gefängniß selbst geantwortet hat. Und er soll ihn halten mit Rost und mit Arbeit gleich seinen Gesind, sintemahl daß er kein Dieb noch Diebs-Genosß nie ward.) Entläuft er ihm aber wieder, ehe er ihm das Geld vergolten hat, er soll ihn aber aufzuhalten wo er ihn ankommet (vor das Geld daß er ihm schuldig ist) und er soll ihn auch wieder antworten für das Gericht.

## §. III.

Mirari quis posset, in his textibus mentionem vocis : Halster, nuspiam fieri. Sed jam dudum glossa ad d. Artic. 39. verba textus : Mit einer Halsten oder mit einen Fessel ic. per : leidlich oder bequemlich Gefäße oder Halster, in verbis: So sprechen wir auch, daß ein leidlich und bequemlich Gefäße oder Halster niemand martere, explanavit. Observavi quoque in sententia quadaam Lipsiensium de Anno 1548. In eine Halster oder Fessel spannen, it. an H. S. zu D. Anno 1549. expressionem: Dass er seinen Gläubiger an die Hand gereichert, und mit Fesseln von ihnen gespannet, item in alia, de Anno 1555. von der Helde oder Halster, davon das Sachsen-Recht Meldung thut, nit erretten. In alia: Mit einen Helter oder mit einen Fessel spannen.

## §. IV.

Vicit tamen inter hæc synonyma die Halster, & communissima remansit dictio : An Hand und Halster geben. Ac licet negari non posit in sensu legali die Halster esse speciem compedis, eines Fessels, tamen non peccabit, qui credit, antiquos JCTos, Juri Civili, secundum eorum opinionem æquiori intentos, substituisse hanc vocem ad recordandum creditorem, ut compedis quam levissima specie erga debitorem uteretur. Nec plane sine fundamento hoc dicitur ; nam ut supra dictum, glossa ad Art. 39. L. 3. Land-N. non alia occasione verba : So sprechen wir auch, daß ein leidlich Gefäße oder Halster niemand martere ! posuit,

posuit, quam cum ipsa conciliatiōnem Juris Saxonici in additione cum Jure Civili querit.

§. V.

Ceterum non ignoscendum huic glossæ, & plurimis, non dicam omnibus JCtis Saxonis, quod Legem hanc Saxoniam, cuius justitia & æquitas Cap. præced. satis deducta, per Leges Civiles quovis modo declarare & limitare voluerint. Hoc etiam factum in glossa ad Weichbild d. I. quæ cessionem bonorum, contra Jus Saxonum, & juramentum debitoris de facienda solutione, si ad meliorem fortunam pervenerit, expresse admittit, & debitorem malignum ab infortunato distinguit, contra expensi textus sensum. Sed sicuti absurdum est Legem a glossa corrigi, ita male huic adhæserunt Doctores, illa relata. Hinc confusio Juris Saxonici & Civilis, & interpolatio illa Doctorum ex propria imperiosa autoritate.

CAP. V.

De Praxi Addictionis Saxonicae  
perpetua.

§. I.

DE hac testantur Fachs. Lib. I. diff. 10. Reinhard. Lib. II.  
p. 4. diff. 12. Christoph. Zobelius p. 2. diff. 30. n. 1. Schneidewin. in §. fin. J. de Act. Math. Coler. de proc. execut. P. 1.  
C. III. incip. viso de manus injection. n. 160. incip. est & alia species executionis. item Cap. VI. n. 125. incip. et si vero per jus nostrum seqq. Chilian. König. in pract. C. 103. sub Tit. von den gerichtlichen Pfande. n. II. Andr. Gail. Lib. II. de pace publica Cap. II. n. 23. verl. Jure vero Saxonico. Rotschütz. in Pract. Part. I.

F 2

Artic.

Artic. 44. rubr. von der Hülfe n. 14. Zanger. de Except. P. III. C. I. rubr. de exceptione solutionis n. 60. Valentini. Franc. de Fidejussor. C. III. n. 128. Wesenbec. in Commentar. ff. de cessione bonorum. n. 3. Moller. Semestr. Lib. II. Cap. XXXVI. n. 3. & 4. Coler. Decis. 135. n. 2. seqq. Köppen. Decis. 29. n. 2. & Decis. 46. n. 9. P. I. Stamm. de servitut. person. Lib. I. Tit. 4. n. 5. & Lib. III. Cap. VI. n. 5. Zasius Lib. II. sing. resp. Cap. VIII. Heigius P. I. qu. 35. n. 38. Jacob Schultes. in addit. ad Modestin. Pistor. qu. no. P. III. n. 50. Hering. de Fidejussor. Cap. VI. n. 257. Husanus de hominibus propriis Cap. IX. quæst. princip. 6. n. 19. seqq. Ummius disp. ad process. 23. n. 25.

## §. II.

E novioribus DD. Mevius ad Jus Lubec. L. I. T. 3. Art. 1. n. 28. seqq. item in discus. levam. inop. debit. C. I. n. 45. seqq. Carpzov. Conſt. 22. d. 1. Berlich. P. II. concl. 28. n. 15. 49. & 69. Philippi ad proc. Electoral. Tit. 52. Conſid. I. Richter de Jur. & Privil. cred. in prælim. n. 73. ubi verba: Imo debitor non solvendo existens, de Jure Saxonico communi ad manus creditorum adhuc tradi debet, qui eum in compedibus vel vinculis inclusum tenere, ejusque servitiis tamdiu uti possunt, donec is operis suis, vel alia ratione integra debita solverit. Et præjudicium informatorum in Scabinatu Jenensi Mens. Octobr. 1637. conceptum.

Do in euers Pacht + Manns ganzen Vermögen, auf vorgehende Excusion nicht so viel befunden würde, daß er selbsten zahlen, noch dorwegen Bürgschaft oder Caution euch beſtellten und aufrichten könnte, so ſeyd ihc euch wieder ihn des in gemeinen Sachſisch. Rechten nachgelassenen euerſten Mittels zu gebrauchen, und bey der Obrigkeit, damit auch dieser euer Schuld- und Pacht + Mann entweder die Schuld abzuverdienen, oder in Banden und Gefängniß abzufüßen in die Hände gegeben werden möge, gebührlichen anzufuchen und zu begehren wohlbefugt. Worauf er sodann jeden

feden Tag an seiner Schuld so viel mit seinen Dienst oder Arbeit verdienet, oder mit dem Gefängniß abschert, als er seiner Person Zustand und Gelegenheit nach, des Tages über erwerben und verdienen kan.

Idem Richter. P. I. Dec. 41. n. 52. Theodoricus in judic. criminal. pract. Cap. X. p. 128. n. 13. Struvius in S. J. Civ. diss. 44. Thes. 28. ubi sententia Mens. Novembr. 1657. ad Consult. P. J. in Scabin. Jenensi lata :

Dass Beklagter vermöge gemeiner Sachsischen Rechten die Schuld abzuverdienen, oder in Banden und Gefängniß abzufüßen denen Klägern nicht unbillig an die Hände gegeben wird.

Novissime Dn. Baro de Lyncker. resolut. 272. ubi verba :

Dass die Übergabe des Schuldners an Hand und Hals, ter in denen gemeinen Sachsischen Rechten gegründet, auch solche Verordnung in denen Sachsischen Länden außer dem Thür-Fürstenthum annoch in Observanz gehalten wird. Immassen auch verschiedentlich also in denen Dicasteriis daselbst gesprochen worden.

Item Resolut. 304. Stryck. in U. M. P. Lib. 42. Tit. 3. §. 6. & 9. Posner de citat. real. Dec. 3. n. 11. & Dec. 48. n. 22. Berger. in Elekt. ad proc. Elector. Tit. 52. p. 1766. Martin. ad proc. Elector. Tit. de carcer. debit. §. ult. n. 7. seqq. Et nuspian nisi in Electoratu Saxonico invenitur addictionem esse abrogatum,

### §. III.

Hæc cum ita sint, admiratione dignum est exercitium hujus addictionis adeo rarum esse factum, ut inter centum advo-catos vix unus aut alter ejus nomen adhuc sciat. Et hoc exinde venisse puto, quod cum in Constitut. Elector. 22. p. 2. ad-dictio ad manus abrogata dicatur, plurimi distinctionem inter Jus Saxonicum Electorale & commune ignorantes eam ubique sublatam esse crediderint, contribuit quoque dubio procul ad

F 3

hoc

Hoc civilistarum etiam DD. Saxoniorum declamata illa sed per  
versa accusatio innocentis addictionis, tanquam nimis rigorosa  
& iniqua esset, prægnantissima vero ratio videtur, quod vitio di-  
ctorum civilistarum additio contra claros textus Juris Saxonici  
tam angustis terminis e. g. per ius competentia & reciprocam obli-  
gationem Superiorum creditoris, qui in ditionibus Saxonis  
non vivit &c. de quibus infra, fuerit inclusa, ut multi exinde  
damnum potius verentes quam commodum & justitiam speran-  
tes, plane abstraxerint.

## §. IV.

Interim oblivioni non tradenda sunt verba Moller. I. se-  
mestr. Cap. XXXVI. n. 3. & 4. sequentia: *Sane cum Jus Saxoni-  
cum, quo debitor non solvendo factus in manus creditori tradi jubeatur  
ut illi in compedibus & vinculis tamdiu serviat, donec illi satisfecerit,  
ut nimis durum, per constitutionem Augusti sublatum sit, & ejus loco  
pena carceris publici constituta; par erat, hoc praesertim tempore, vel  
hoc remedio, vel si id non placaret altero illo malitia illorum, qui  
multorum bonorum virorum officiis etiamnum hodie, non sine magno &  
privatarum & publicarum rerum detimento abutuntur, tandem coerceri.*

## CAP. VI.

## De Definitione seu Descriptione Addictionis Saxonicae ad manus.

## §. I.

**D**efinimus seu describimus addictionem ad manus, quod sit  
actus judicialis, quo creditori debitor confessus aut con-  
victus

victus, qui non est solvendo, nec fidejussorem habere potest,  
datur ad manus, ut ei laborem præstet seu serviat, donec pro  
debito sit satisfactum.

§. II.

EST ACTVS JUDICIALIS. Qui hic pro genere ponit  
tur. Indeque hic omnis vis privata erga debitorem prohibita,  
cum cognitio præliminaris de certitudine debiti, tam necessaria  
sit, ut sine illa additio debitoris fieri non posset, cognitionem  
vero illam creditori relinquere idem sit ac illum in propria cau-  
sa judicem constituere, quod propter effectus varios & impo-  
tentes hominum, non tam periculosem, quam nocivum, & vin-  
dictæ privata omnes senestras aperit. Et sicuti sine hac certi-  
tudine debiti judicialiter cognita, nulla fit additio, ita non ob-  
stabit, quod cum per hanc debitor in potestatem creditoris ve-  
nerit, vis privata creditori in debitorem concessa videatur. Nam  
licet ille hunc ad laborem cogere & in vinculis habere posset,  
tamen jus hoc ita circumscripsit, ut de alimentis quoque & ne  
damnum ejus corpori inferatur, diligenter prospexerit. Hinc  
Zobel. ad Artic. 39. Land. R. Lib. 3. sub lit. b. Licet factum sit  
tale pactum, quod debitor capi posset pro debito, quod fieri pos-  
se notar Alciatus in repetit. rubr. de judic. n. 74. & in rubric.  
de jurejur. n. 210. tamen eo non obstante creditor propria auto-  
ritate eum capere non potest, sed debet hoc fieri autoritate  
judicis.

§. III.

Subjectum addictionis est CRÉDITOR, ergo quilibet, qui  
debitum clarum, quod amplius negari nequit, ex quacunque  
causa hoc ortum sit, exigere potest. Exinde liquet, quod ex  
confessione pura debitoris, quæ judicato tunc non habet opus,  
aut re judicata, creditor agere debeat, nec intersit an ex mu-  
tuo, an ex contractu (de quo vide exemplum in locatione con-  
ductione, in Cap. præced. V, §. II.) vel quasi, delicto vel qua-  
si sit

Si sit debitum. Quo pertinet sententia Lipsiensium de Anno  
1548. M. April. an Andreas Pf. Amtmann zu W.:

Ist Jacob R. durch etliche beschädiget, und hat in solcher Beschädigung 7. Kampfer-Wunden, eine Lähmde an der linken Faust und 4. Blut-Wünste und Floß-Wunden empfangen, so ist einer unter den Thätern ihm ein halb Wehgeld zu geben, und sie alle zugleich seynd ihm das Arzt-Lohn, desgleichen andere Schäden und Versäumnis, die er durch solche Beschädigung erlitten, und hinfert an seinen Gewerb, darinnen er in Zeit der Beschädigung gewest, erleiden möchte, so auf Ermäßigung und Erkäntniß des Richterlichen Amts zu erlegen und zu ersättten schuldig, da sie aber solches zu erlegen nicht vermöchten, so würden sie vermöge Sächsis. Recht dem Beschädigten an die Hand gegeben, ihm dasselbe abzudienen, jedoch daß Versicherung geschehe, daß er sie, wie man pflegt Gesinde zu halten, auch versehen und halten wolle. V. D. W.

#### §. IV.

Limitat hoc assertum glossa ad Land-Recht Artic. 39. Lib. 3. sub n. 5. & ad Weichbild Artic. 27. in fine, quod donator non teneatur ex donatione nisi in quantum facere possit. Imo prima illa glossa hanc limitationem latissime extendit in verbis:

Doch sollt du wissen, ob jemand aus guten freyen Willen einem andern was schuldig würde, oder sich gegen ihm eines Dinges verpflichtet, als ob ich einem aus guten Willen ichts gebe oder zusagte, als zur Mitt-Gabe vor meine Tochter oder eine andere Person, oder desgleichen ichts anders, ob man den gleich eine solche Gabe oder Zusag wieder einen beweisen möchte, mag man ihn doch darum zur Zahlung desselben höher nicht dringen, dann so viel ihm des zu thun wohl möglich ist, und daß er gleichwohl seines Leibes Nothdurft darum nicht mangeln müsse.

Sed hæc e Jure Civilisumta sunt, L. qui ex donatione. cum concor. in

cor. in glo. ff. de donat. L. in condemnatione. & L. divus Pius. ff. de R. J. & rursus limitationibus habent opus. Ratio vera & pura Juris Saxonici est: Solve quod debes. Proinde licet contra promissorem sine causa ratio debendi tantum in promissione nuda sit fundata, tamen propterea agi potest, sed iniqui quid videbatur, illum qui sine causa, tantum ex benevolentia quid promisit, servitute quadam & laboribus suis illud præstare debere, unico verbo, suo damno lucrum alterius promovere. Sed quid dicendum de donatore reciproco & remunerante, de promissore dotis &c. hi profecto ex causa sunt obstricti, & quod quoad hos de textu Saxonico non sit recedendum, asseverare adstricti sumus, & regula persiflet: *Quoties de damno vitando certat creditor, tories additio ad manus contra quemcumque habebit locum.* Nec ludibrio promissionum, quod facile in perfidiam cadit, connivendum est.

## §. V.

Nil interest, an creditor sit civis ejusdem cum debitore loci, an extraneus, modo servet ordinem processus, vel executionis, inde ponitur regula: quandomunque agitur de ordinativis judiciorum, in qua nempe forma processus sit instituendus, semper attendendus est locus fori, ubi agitur, sive loquamur de ordine processus, sive de ordine facienda executionis, quicunque tandem ille sit, qui agit vel executionem petit, sive civis ejus loci, sive forensis. Baldus in L. un. n. 4. C. ne filius pro patre, ubicunque enim postulatur executio, ibi servatur stylus & consuetudo illius curiæ. Vid. Coler. P. I. Cap. III. n. 210. ubi hanc regulam in Electoratu & Ducatu Saxonie aliisque viciniis locis, a quibuscumque creditoribus etiam forensibus quotidie in executivis practicari testatur. Philippi ad Ord. Proc. Ele&t. Tit. 52. consid. 7. n. 1. 2. Quadrat huc quoque textus Saxonicus in Weichbild Artic. 27. ubi permisum est creditorii extra-neo addictum præstita cautione abducere extra Weichbild in ali-um districturn & sub alium judicem. Coler. Cap. III. P. I. n. 167.

G

Elector

Elector vero Serenissimus ratione carceris publici, des Schuld-Thurns, cum pro pœna habeatur, in Tit. 52. Ordin. Proc. illud sub hac declaratione solum admittit, ut prius literis reversalibus a magistratu ejus loci datis forenses caveant, eundem incarcerationis processum incolis Electoratus aduersus suos debitores ibidem non denegatum iri. Jam cum carcer publicus ad pœnam publicam, addicſio vero ad satisfactionem privatam creditoris tendat, multum a scopo errant, qui putant, extraneum additionem debitoris in locis, ubi valet, non posse assequi, nisi prius literas tales reversales a suo magistratu aportarint. Magnum hoc hodienum in vicinis urbibus fidei & negotiationi detrimentum attraxisse, vidimus, cum tamen creditor extraneus, uti dictum, cautionem praestare, aut debitorem apud judicem suum relinquere obstrictus sit.

## §. VI.

Actionem ad additionem hæredibus creditoris competere, non est quod dubitandum, neque etiam quod illa cedi possit. Agnovit hoc Zobelius in sua glossa ad Artic. 39. Land. R. Lib. 3, sub lit. b. ubi verba: Et hoc non solum expeditum est in creditore principali, sed etiam in cessionario, per ea, qua dicit Jason, in §. fuerat. de action. Et per regulam: quod omnis actio regulariter cedi possit. L. fin. C. de hæred. vel Act. vendita. tot. Tit. ff. eod. Tiraquell. de retr. consang. §. 26. gl. 3. n. 1. Joh. Petr. Surdus de alimento. Tit. 8. privil. 55. n. 1. Brunnem. de Cession. action. C. IV. n. 1. tam reales quam personales actiones d. l. fin. Brunnem. ibid. n. 2. præfertim cum res judicata, licet etiam executio nondum facta, res litigiosa aut nomen litigiosum dici non posfit. Idem ibid. n. 37.

## §. VII.

Itaque non solum actio ad additionem, sed etiam post jus a creditore quæsum, debitor ipse addicſus, quoad illud, cedi potest. Nec objiciendum est: debitorem apud cessionarium

rium durius, quam apud cedentem teneri posse, nam per legem satis cautum est, ut debitori, sit ubicunque sit, de victu necessario, labore non inhumano, & sanitatis conservatione prospiciatur, quod uti in genere & ubique servari debet, non est querendum nec de cedente nec de cessionario, quorum ille tam facile quam hic pro duriore venditari posset, & ita neuter unquam addictionis obnoxio placeret. Vid. quoque Colerus P. I. C. IX.

n. 41.

§. VIII.

Sed si plures creditores unicum habeant debitorem, cui addicendus debitor? Respond. distinguendo, aut omnes uno tempore concurrunt, aut unus post alterum agit. In posteriori casu, qui prior tempore, potior jure, imprimis cum hæc actio personalis sit. In priori autem major difficultas, si dicas debitorem creditoribus in eo ordine addici debere, quo per sententiam locati sint, facile deprehendes subdividendum esse: aut omnes creditores habent actiones personales, & tunc iterum ordo temporis, ut semper antiquiori debitor tradatur, observandus erit, aut aliqui creditorum actiones reales (quod sc̄psime occurrit, debitorem nempe aliquid in bonis habere, & præterea multa debita alia personalia contraxisse) habent, sed hæc bona non sufficiunt, & tunc quis dicat hypothecarios suis hypothecis contentos esse, & debitorem reliquis creditoribus addici debere. Verum, pace rectius sentientium, dicam quod credo: Habeant hypothecarii bona, & si inde satisfactionem plenam consecuti non fuerint, rursus ordo temporis prævalebit, ita ut quoad reliqua inter personales, ut ita dicam, creditores mixti, addictionem debitoris secundum prioritatem suarum obligationum expectent. Ratio est: quod extra suam hypothecam majus jus, quam alii personales pretendere non valeant, minus tamen non habeant, penitus vero quoad reliqua excludi non possint. Et econtra posteriores tempore sibi ipsis imputent, ex supina ignorantia aut etiam negligentia & credulitate debito-

G 2

tes

res nimium obseratos sibi obligasse, spe tamen suffulti, addictionem debitoris ad se quoque esse perventuram, & ita se suum consecuturum, quæ in concursibus hodiernis utplurimum plurimis absolute denegatur.

## §. IX.

Creditor invitus non tenetur einen an die Hand zu rehmen.  
Ita Lipsiensis ad H. L. zu N. Anno 1558. M. Augusto:

Dass euch euer Glaubiger wieder seinen guten Willen an die Hand zu nehmen nicht schuldig, sondern da ihr euch entweder eurer Güter verzeihen und dieselben dem Glaubiger, sich daran, so weit sie sich erstrecken, der Schuld zu erhöhlen lassen, oder aber begehrn würdet, dass er euch s. Jahr lang zu Bezahlung der Schulden Freiheit und Anstand geben sollte; So wäre er auch dieser beyden Vorschläge einen zu erwehren schuldig, und ihr werdet darauf des Gefängniß billig entledigt, und da gemeldter euer Glaubiger zur Cession oder Verzeihung der Güter erkiesen würde; So weret ihr eure Güter alle Stückweise anzugeben und ihm folgen zu lassen, und anneben gnugsame Caution mit Bürgen oder Pfanden, und in Manngelung dessen, vermittelst euren Eyde zu bestellen verpflichtet, dass ihr auf den Fall da ihr zu Aufnehmung eurer Nahrung wieder kommen möchtet, ihme das hinterstellige, dessen er sich an euren Gütern ijo nicht zu erhöhlen, so weit sich euer Vermögen erstrecket, auch bezahlen wollet, iedoch dass ihr gleichwohl nicht darben, und keine Noth leiden dürset. B. N. W.

## §. X.

Verum plurima in hoc præjudicio notanda sunt. Cum creditor addictionem Saxoniam debitoris non vellet, concipientes ejus satisfaktionem quæsivere e jure civili, & quidem e cessione bonorum. At sine dubio a parte creditoris, addictionem recusantis, magnus subfuit error. Quamdiu namque subsunt bona, ex quibus solutio fieri potest, medio tempore quidem

dem cessatur ab adjudicatione personæ in manus creditoris, si vero debitoris bona omnia non adquant debitum, vel forsan offerantur res inutiles futuræ creditori, quæ pro nullis sunt habenda, tunc demum, quoad residuum succedit adjudicatio Saxonica ad manus creditoris, sicut de jure responderunt etiam veteres Scabini Lipsienses Senatus Mitverdensis, Anno 1543. illis verbis:

Wenn nach geschehener Hülfe zu den Gütern, der Gläubiger nicht bezahlet wird, mag er in dem übrigen, was zu voller Bezahlung mangelt, sich an des Debitorn Person, wie Recht, halten, damit nach Sächsisch. Rechten zu gebahren.

Quemadmodum post paucos menses M. Otto Hutmamn. Pegaviensis, in simili causa similem decisionem eodem anno accepit. Vid. Coler. de proc. exec. P. I. Cap. VI. n. 128. & 129. Vid. tamen infra §. 15. Cap. VII. Et ab altera parte non video, quomodo Scabini Lipsienses excusari possint, quod scientes in foro Saxonico cessionem bonorum non valere, uti infra ostendemus, veram Juris Saxonici contra debitores viam non ostenderint, sed cum damno creditoris (nam in addictione etiam suppletoria, præsens commodum, & in cautione juratoria de solvendo reliquo, spes futura & incerta est;) cessionem bonorum, aut etiam petitionem moratori, debitori indulserint.

#### §. XI.

Sed singamus casum, quod creditor neglecta scienter mancipacionis petitione, secundum jus commune carceri publico includi debitorem petierit, tunc etiam hic in foro Saxonico per cessionem bonorum a carcere se liberare potest, secundum Colerum de proc. exec. P. I. C. III. n. 164. incip. ac si creditor. Quo casu sententia Lipsiensium, ex hypothesi, salvari posset. Et quod tale petitum in foro Saxonico secundum jus civile fieri posfit, asseverat Jacob. Schultes in notis ad Modest. Pistoris quæst. 110. n. 52. p. 3.

#### G 3.

#### §. XII.

## §. XII.

Objectum addictionis est DEBITOR. Ubi jus Saxonum ratione personarum earundemque qualitatum nullam facit distinctionem. Evidem Fachsius in differentia 10, Lib. 1. dicit, quod additio tantum in solis plebejis & vilioribus locum habeat, secus sit circa personas in dignitate constitutas, sed si ne ratione & dispositione juris praesertim Saxonici. Allegat Coler. de proc. execut. P. I. C. II. n. 82. & multis sequentibus, & Cap. III. dict. Part I. n. no. Verum nihil in his locis inventur, sed in Lib. 1. Cap. VI. n. 146. seqq. & in Part. II. Cap. III. n. 153. hic autor multa ex DD. Juris Civilis, non vero Saxonis, & cum multis restrictionibus adducit. it. Beustium de jurejur. fol. 331. & 305. sed in ultimo loco nihil de hoc dictum, & fol. 333. non 331. verba Beustii sunt: Et sic videntur isti articuli loqui tantum de personis humilibus & non privilegiatis. Et ita istud statutum generale generaliter loquens videtur restringendum. Non enim statutum, quale hoc est, comprehendit causam, seu personam privilegiatam, praesertim in odiosis &c. Per hoc VIDENTVR & VIDETVR tamen artic. 39. Lib. 3. Land-Recht, & articulo 27. Weichbild, alias sensus quam habent, non extorqueri nec affungi, multominus ex glossa argumentum a contrario contra sensum textus formari potest. Petitur principium in hoc quod statutum, quale sit jus Saxonum, non comprehendat personam privilegiatam, nam adhuc non satis liquet, quæ sint personæ privilegiatae, nec solutio debitorum per operas, odiosum quid est. Ipse Beustius statim subjungit: Verum hac in re diligenter omnes circumstantia harum personarum privilegiatarum perpendendæ essent, ap scilicet fraude vel dolensi fuissent. Quo casu privilegio quo abusi essent iuvari non deberent, C. quia frustra de Usur. En novum opus in investigandis circumstantiis. Allegat porro Gail. Lib. 1. obs. 26. sed nihil ibi inventur, neque etiam quicquam in C. II. Lib. 2. de pace publ. n. 2;

## §. XIII.

## §. XIII.

Carpzov. P. H. Const. 22. def. 18. statuit : quod Illustres, Nobiles, Doctores, Clerici, ac similes personæ, sive ex suis erga Rempublicam meritis, sive ab origine natalium in dignitate constituta ita sint privilegiatae, ut exigi nequeant, nisi in quantum facere possunt, concludere hinc Doctores communiter, quod nec pro debito civili detineri valeant, quo pertineat quaque textus jur. Saxon. in artic. 39. Lib. 3. Land-Recht : Den soll er halten gleich seinen Gesinde, ex quo haud inepte colligatur agi folum ibidem de virtibus & humilibus, non etiam de egregiis & privilegiatis personis, utpote qua ex sententia dict. artic. 39. ad manus creditoris tradi nequeant. Ait, ut de ceteris jam taceam, ab alimentis, quæ præbentur tantum ad vitæ necessariam sustentationem, ne totum id, quod labor debitoris meretur, absorbeant, ad hominis improvidi statum & dignitatem argumentari, mirum quid est, probetur potius, quod Lex hanc faciat distinctionem, & quia hæc illam non facit, nec nobis illam facere licitum est. Ceterum ut supra Beustius, ita hic Carpzovius suam opinionem hanc non aliter intellectam vult, quam si privilegiata illæ personæ intra metas sive vocationis manserint, bona que fide contrarerint. Apponere lubet verba Baronis de Lyncer in resolut. 272. Indem angezogene Sachsisch. Rechte unter denen Personen eigentlich keinen Unterscheid machen, und ein jedweder jemehr er in dem gemeinen Wesen angesehen zu werden verlangt, um so viel sorgfältiger derselbe sich dahin zu bestreben hat, daß er in guten Vermögen stehe, damit er andern, sonderlich unmündiger Kinder Guth und Habe, sich um so eher enthalten könne, so ist dannenhero die Curandia, im Fall der Curator die gehörige Erstattung ihr zu thun nicht vermug, wohlbesugt auf die addictionem in servitutem oder ad manus zu dringen. Interpretes civilistæ porro per jus competentiarum majores adhuc infractiones & limitaciones tentarunt de, quibus infra.

## §. XIV.

## §. XIV.

Sexum quod attinet Juris Saxonici, etiam Doctores iterum per Jus Civile illi derogare ausi sunt, addictioni nempe foeminas subjectas non esse statuentes. Hinc Zobelius in not. ad artic. 3o. Land. Recht Lib 3. quæri poterat circa hunc textum, in quantum de viro tantum loquitur, an etiam idem in muliere sit statuendum. Nam foeminæ propter delicta civilia de jure communi capi & incarcerated non possunt, ut est text. in auth. hodie novo jure C. de custod. reor. & Jason in L. plerique ff. de in jus voc. idem in L. ad egregias. de jurej. n. 9. Videtur autem, quod hoc statutum non solum debeat comprehendere viros, sed etiam foeminas, secundum ea quæ Jason dicit in L. si quis major. C. de transact. n. 6. & in L. fin. C. de jur. & fact. ignorant. n. 6. ubi vult statuta generaliter & indefinite loquenter, ut hic, dum textus inquit: auf einen Mann, ita comprehendere mulieres sicut viros, per L. i. ff. de V. S. ubi Barth. & in L. quicunque C. de servis fugitiv. Sed contrarium servatur per regulam, quod in odiosis non sit extensio de persona comprehensa ad non comprehensam. Stamus enim in hoc JVRI COMMVNI, in quantum nihil reperitur de foeminis in statuto nostro hic comprehensum. Hinc sequitur Colerus P. I. Cap. III. n. 163. dicens: Foeminæ sicut pro causis pecuniariis carcerari nequeunt, ita etiam ad compedes vel operas creditorum eas condemnari nefas dicitur, alias facile periclitaretur apud detinentes mulierum pudicitia, cumque textus artic. 39. Land. Recht de viro loquatur, in hoc casu tanquam odioso & pœnali non sit extensio de masculis ad foeminas. Hic nihil novi præter rationem de periculo pudicitiae. Ex Colero eadem descripsit Jacob Schultes in not. ad Modest. Pift. quæst. no. n. 53. & 54. Huc pertinent quoque rationes decidendi, quas Rivenus p. 168. in sententia Lipsiensium M. Jan. 1698. adducit:

Dieweil aber D. die Weiber, so nicht eigene Handlung treiben, ihrer Schulden halber andergestalt nicht gefänglich gehom.

nommen, oder mit Personal-Arrest belegt werden mögen, als wenn sie sich ausdrücklich, nach vorgehender genugsaamer Certioration ihrer Rechte, darzu verschrieben, und dahero was wegen des Schuld-Thurms verordnet, sich auf dieselben nicht ziehen lässt, auch nicht folget, daß weil Weiber ein Darlehn nehmen können, auch deshalb, wenn die Wiederbezahlung nicht folget, dero Person zu arrestiren sey, gestalt dann der Creditor sich ihres Zustandes erkundigen und, ob er in ihren Vermögen genungsame Sicherheit wieder zu den Seinigen zu gelangen, habe, zuvor untersuchen sollen; So möchte Caja von Mevio auf den Schuld-Thurn nicht belanget, noch auf dessen Ansuchen mit persönlichem Arrest belegt werden.

## §. XV.

Statim apponamus exceptionem, quam facit Zobelius d. l. limita tamen prædicta de mulieribus quatenus sunt honestæ. Nam meretrices certe pro debito carcerari possunt, ut tenet Bald. in tract. Carceratorum. & Joan. de Platea, in L. i. C. de exact. tribut. Lib. 10. ubi etiam habes, an pro debito fiscalis incarcerated possint. Börius in consuet. Biturig. fol. 9. Col. 1. ad finem.

## §. XVI.

Animadvertisendum vero ad ea quæ in §. præced. 14. dicta, Doctores allegatos iterum plane a Jure Saxonico ad civile devi-  
asse. Zobelius a delictis civilibus ad solutionem debiti conclu-  
dit. Et si jus Saxonicum in odiosis nominando virum, mulie-  
rem non comprehendit, secundum eundem artic. 39. mulier in  
judicio nunquam contumax fieri potest, proindeque nunquam  
condemnari, itemque hoc de jure civili, ubi mulier in hoc & a-  
liis casibus etiam non nominatur. Colerus quidem eandem o-  
pinionem ratione a periculo pudicitiaz defunta fulcire putat,  
sed audiamus Math. Stephanum ad Novell. 134. n. 9.: Aliud  
caput est de mulieribus, ne ex debiti causa carcerem patientur  
custodiæve tradantur, propter verecundiam sexus, sed cau-  
tio-

H

nibus

nibus & fidejussionibus a carcere liberantur. Verum quid in casu, ubi cautiones & fidejussiones deficiunt? Maximus vero error a Zobelio, Colero & aseclis in eo committitur, quod sensum textus Saxonici per propositionem & expicationem disjunctivam: aut operas praestet aut carceri a creditore includatur, plane intervertant, uti infra pluribus monstrabimus. Cum vero addictio Saxonica solummodo ad operas sit directa, & creditor addictæ mulieri cum laboribus & cibariis æque sua familiaria (sunt ipsa verba textus latini in dict. art. 39.) teneatur providere, illa non majus periculum pudicitiae subit, quam nostræ ancillæ mercenariae, igitur & haec imposterum conduci nequivibunt. Attentationem violentam non habet quod timeat addicta, per leges secura, persuasionibus vero blandis, per remissionem debiti aut laboris non magis apud creditorem est exposita quam honestissimæ sope mulieres in propriis dominibus per oblationem pretiosorum donorum aut pecunia, sua itaque culpa utraque impudicitiam admittet, cum liberam habeant voluntatem nec locus differentiam faciat. Rationes Rivini penitus de carcere publico, vom Schuld. Thurn, loquuntur, & ob causam jam dictam, quod nempe addictio non fiat ad carcerem, hic cessant. Nec etiam oppositionibus efficacibus sunt liberatae. Nam si mulier de suo iure certiorata, ad carcerem se obligare potest, (quod tamen civilista negant) cur ni lex publica, quam omnes scire debent, illas ad hunc obligabit? Et si creditor ante contractum cum foemina, de ejus conditione, an sit solvendo, debet esse sollicitus, in hunc effectum, ut ea cura non habita, debitum amittat, (nam extra carcerem publicum magis extreum remedium in foro Saxonico Electorali non habet) cur ni eodem privandus & debitor mas in carcerem non detrudendus est, si ipse, creditor, eandem sollicitudinem erga eundem non adhibuit? Quoad reliqua supervacanea illa providentia pudicitiae foemina mercatricis, & alius quæ se ad carcerem obligavit, hic exultat.

§. XVII.

## S. XVII.

Quid de hærede debitoris statuendum. Apud Judæos & hi addicebantur, ut colligitur ex Reg. 2. Cap. IV. v. i. Apud Romanos idem erat, teste Dionys. Halicarnass. Lib. 6. sect. 4. Cœl. Rhodig. antiqu. lect. Lib. XII. Cap. XX. & dilucidius appetet ex eo, quod supra §. XII. Cap. II. ubi verba edicti: ne quis liberos nepotesve debitoris donec in castris esset, moraretur, & in §. 16. dict. Cap. de L. Pubilio diximus. Interim huc adæquate non pertinet, quod Heigius P. I. qu. 35. n. 28. loco probationis quoque adducit ex Plauto in Paenulo: ubi in jus venerit, addicet prator totam familiam tibi. Nam hic de liberis vivente patre libitore sermo est, quo pertinet etiam quod in sacris literis Math. V. vers. 25. 26. & Cap. XVIII. vers. 25. 30. habemus, per consequentiam tamen dici potest, hæredem proprie sic dictum etiam post mortem patris aut testatoris propter hujus debita addici posse. Credere vero nefas haud est, Romanos debitores dum permittente Lege Elia Sentia servos suos necessarios hæredes instituere solebant, de quo videatur §. I. quibus ex causis manumittere non licet, non solum hoc, ut ignominiam, qua ex venditione editali bonorum ipsis accrescebat, in hos deri-varent, sed etiam quamcumque satisfactionem creditoribus exinde quasvisse, quod appetet ex dict. §. I. verbis sequentibus: Valde enim proficiendum erat, ut egentes homines, quibus alius hæres extiturus non esset, vel servum suum necessarium hæredem haberent, qui SATISFACTVRVS esset CREDITO-RIBVS, aut hoc eo non faciente, creditores res hæreditarias servi nomine vendant, ne injuria defunctus afficiatur. Ubi alternativum illud aut aut ad tempus L. Eliz Sentiz nequaquam quadrat, nisi in utroque casu, deficiente plenaria satisfactione addictionem ipsius hæredis reservaveris, quam ante & post Justinianum viguisse satis probatum. Nec dicit Justinianus: satisfacere non volente quod electionem servi hæredis denotasset, sed: non satisfacente, quod ipsum factum plenariae satisfactionis

nis involvit. Non obstat quoque servum hæredem cum libertate fuisse institutum, nam ut supra monstratum addictio libertatem non perimebat, & quod quilibet hæres facta debitoris cuius personam repræsentat, præstare teneatur, juris Romani notissimi est tam antiqui quam Justiniane.

### §. XVIII.

Agnoverunt & hoc Longobardi in suis Legibus Lib. 5. tit. 100. Pro debito etiam debitoris hæredem futurum capere & pignorare licet. Et ipsi nostri DD. Saxonici, dum civilistas sequi sunt, hoc asserunt. Ita Zobelius in notis ad artic. 39. Land-Recht Lib 3. sub lit. B. sed an talis executio etiam locum habeat in hærede debitoris? Et dicendum est, quod sic per ea quæ notat Jason in §. fuerat, de actio. n. 61. & 62. & notat Bart. Cassane. in consuet. Burgun. fol. 28. n. 13. quod verum est, si non pacto conventum sit, ut debitor principalis pro debito incarcerari non potuerit, per ea quæ notat Johannes de Ripa in L. obligatione ff. de pign. n. 30. Et Colerus in proc. execut. P. I. C. X. n. 34. Si extaret statutum in loco quod debitores pro debitis capiantur (addicantur) & carcerentur, virtute talis statuti potest detineri etiam hæres debitoris, quantumvis ejus in instrumento non fieret mentio. Baldus in L. per diversas C. XXII. n. 4. C mandati. Ang. de Perus. in L. creditores 3. n. 11. C. de pignor. Bartol. in L. postulante. 44. n. 2. & ibid. Alex. de Im. n. 2. ff. ad Trebell. Socin. conf. 120. n. 8. vol. 2. Jason in §. fuerat. n. 61. ibique Gomes. n. 35. Inst. de action. Chassan. in Consuet. Burgund. Tit. de successione rubr. 8. §. XIII. n. 13. & rubr. n. §. VI. n. 2. Abbas conf. 86. n. 4. Lib. 2. Decius conf. 536. n. 2. Jason in L. fructus 7. §. interdum n. 6. ff. soluto matrimonio. Köppen decisi. 29. n. 2.

### §. XIX.

Sed aliud ipsius juris Saxonici ratio postulare videtur ex artic. 6. Lib. 1. Land-Recht, ubi verba in editione Zobelii: Wer das

das Erb nimmt, der soll zu Recht die Schuld gelten, als ferne das Erb wehret, Mit der fahrenden Habe. Alix editiones antiquiores habent: an der fahrenden Habe, & textus latinus: qui hæreditatem percipit, debita solvit, quantumcunque hæreditas in mobilibus vel sese moventibus perdurabit. Et licet hic, cum textui latino veteri & originali versio in editione Zobeliana aduersetur, ansa disputandi detur: Annon in hæreditate immobilium contra hæredem addictione valeat? Licit quoque glossa im Weichbild artic. 26. quam Colerus dict. Cap. III. p. 2. allegat, nihil de hoc dicat, tamen praxi hodiernæ Saxonice editioni Zobeliana conformi non ero contrarius. Vid. Carpzov. P. II. Cap. XXII. def. 20. Sed cur DD. Jus Saxonicum, quod in addictione illis veniebat nimis durum, non vocant nimis æquum, præfertim cum hæres etiam absque inventario hæreditatem adiens ultra vires hæreditatis non teneatur? Sane si hæres, sive ab intestato sive ex testamento, eandem cum illo, cui succedit viam ambulaverit, luxuriando, comedendo &c. multomagis si sua sola luxuria & negligenter, illum in perniciem induxerit, utique asserendum erit, talēm filium aut hæredem addictioni obnoxium esse. Nec dubito partem inclitorum ordinum Electoratus Saxonici, qui secundum Din. Bergerum in elect. ad proc. Elector. p. 1768. monuit: ut immunis a pena publici carceris (qua in locum addictionis venit) præstetur debitoris hæres, quamvis hic ad eandem pacto se obligarit, propterea quod obligatio hæc personalis sit, & hæres ultra vires hæreditatis in foro Saxonico non teneatur; hoc tantum de hærede innocentē intellexisse, cum idem dict. pag. 1768. desideraverint: Denen Weibern der Handels-Leute ihre Vorgehung und Hypothec zu nehmen, wenn sie über ihren Stand durch Pracht und Uppigkeit der Männer Vermögen hindern helfen, & nulla ratio videri possit, cur hæres ejusmodi farinæ ad penam quam meruit, se obligari non queat. Ceterum quoque personalitas obligationis in debitore, nequam tantam efficaciam habet, ut obligationem tertii, licet ad idem, perimat, & si hoc statueretur, fidejussiones quoque cessare debe-

deberent, imo perfidia triumpharet, ubique cum damno creditorum quos duorum obligatio magis allicit, quam unius.

## §. XX.

Fidejussores addictionem pati debere, nullum est dubium. Hering. de Fidejuss. C. I. n. 29. & Cap. XXVII. n. 205. Part. I. Moller. ad Constit. Elect. 22. P. II. n. 1. modo sufficienter se constituerint. Neque in hac materia longi erimus, alias omnia hic adducenda forent, quæ de fidejussoribus jus civile habet, & quæ DD. qui exinde jus Saxonum (quod simplici veritate & argu- mento, fidejussorem omnia illa, præsertim in Civilibus prafta-re debere, quæ debitor principalis, contentum, nec de explicatiōne captiosa clausularum fidejussionis sollicitum erat) sup- plent, commentati sunt. Videatur in specie Colerus de proc. execut. P. I. C. X. n. 272. seqq. Sed queritur: An fidejussor in locis, ubi addiōtio ad manus viget, certioratus de ea, ante fidejussionem, esse debeat, quod negatur, cum sub lege vivens eam scire debeat, & præsumatur. Non nocere tamen hæc certiora-tio potest.

## §. XXI.

De hærede fidejussoris major difficultas est. De jure ci-vili quidem expeditum, quod jus executivum transeat etiam in hæredem obligati, ex textibus claris in L. contractu. 44. & L. miles. 6. §. fin. ff. de re judic. in specie in hæredem fidejussoris L. fidejussoris quidem hæres. C. de fidejuss. & §. fidejuss. Instit. eod. L. i. C. de filiofamil. min. & ita queque contra hæredem fi-dejussoris jus executivum Saxonum transiret, quatenus in ad-dictione consistit. Sed quid de dispositione juris Saxonici ipsa? Colerus de proc. execut. P. I. Cap. X. n. 314. scribit: In artic. 6. Lib. i. Land-Rechts haberit: hæredem non obligari ad solventum debitum, pro quo ipse (supple vel ejus antecessor, cuius hæres est,) non fidejusserit; sed tale quid ibi non invenitur, tantum in summariis editionis Zobeliane ad dict. artic. n. 3. habetur:

Der

Der Erbe muß antworten vor des Verstorbenen Bürgschaft, und vor alle Sachen, der er Wiedererstattung an seinen Guth empfangen hat. In textu latino hujus articuli dicitur: debita etiam hereditibus defuncti ejus per solvantur, quod verum, man soll auch den Erben gelten was man den Todten schuldig war. Ex quo licet argumentetur quis a contrario: Si hæredi creditoris solvi debet, sequitur quod etiam hæres obligati, & fidejussoris, solvere debeat, tamen inde amplius nil sequitur, quam quod in eodem articulo dictum: Wer das Erbe nimmt, der soll zu Mecht die Schuld gelten, als ferne das Erbe wehret. Itaque etiam hæres fidejussoris de jure Saxonico ultra vires hereditatis non tenetur, nec consequenter addictioni obnoxius est. Ceterum, in articulo. Weichbild disponitur, mortuo fidejussore liberos ipsius non recte conveniri, sed hæredes debitoris principalis, quibus non solventibus, vel non solvendo existentibus, proditus est regressus creditori adversus liberos fidejussoris: Wo auch ein Mann Bürg wird, stirbet er, seine Kind dürfen vor ihn nicht gelten, des Sachwalden Erben aber sollens leisten, und vollzahlen, thun sie es nicht, man mag alsdenn des Bürgen Kinder mahnen.

## S. XXII.

Quæ dicta sunt de hæreditibus tam debitoris principalis quam fidejussoris, Colerus d. l. limitat per 8. fallentias. (1.) in casibus furti, rapinæ, vel pecuniarum ludo perditarum (2:) quando in instrumento cautionis expressum fuit, quod solius fidejussor non etiam hæredes ejus obligentur executive (3:) quando de hæreditibus fidejussorum nihil quidem specificè fuit tactum in cautione, sed conventum aliter est, prout sope fieri solet, ut in locum defuncti fidejussoris, aliis infra certum tempus, aut alter per principalem vel ipsos fidejussores substituantur, sicut pro fidejussore fidejussorem accipi posse, nequaquam dubium est. (4.) In bonis quæ sunt hæredum propria (5.) in eo qui negat se hæredem, siquidem adversus illum jus pacti executivi exerceri non potest, nisi precedat citatio adversarii, & liquidatio illius qualitatis.

qualitatis, quod citatus sit hæres. (6.) in hærede nondum certificato de debito sui antecessoris & lapsu termini. (7.) Si creditor existat hæres debitori succedendo ipsi. (8.) In pacto manus injectionis, adversus personam, quando videlicet debtor in causa moræ, obligavit se ad carcerem vel arrestum, hæc enim obligatio ad hæredem obligati non transit. Quod ultimum iterum sublimitat, nisi extaret statutum, quod debitores pro debitibus capiantur & carcerentur, nam virtute talis statuti posset definiri etiam hæres debitoris, quantumvis ejus in instrumento non fiat mentio, uti supra in §. XVIII. hujus Cap. diximus. Et hoc tantum de carcere publico non privato vult accipi.

## §. XXIII.

Sed hæc de jure Civili. De jure Saxonico, quamdiu statutus Regulæ: quod hæres (cui ratione inventarii Interpretes magis quam e civili prospicere volunt) ultra vires hereditatis non teneatur, tot fallentiis non erit opus.

## §. XXIV.

Considerandus venit debtor fugiens, de quo textus in artic. 39. Lib. 3. Land-Recht edit. Zobelianæ: Läßt er ihn loß gehen, oder entlässt er ihm sonst, damit ist er des Geldes nicht ledig, dieweil er ihm nicht vergolten hat, und die Bezahlung auch nicht vollbringen kan, so ist er immer sein Pfand vor das Geld. Text. latin.: Et si effugerit vel eum dimittat, propter hoc non est a debitibus nondum persolutis liberatus, quamdiu debitorum solutionem nequiverit comprobare. In editione vero Heynitziana verba: vel eum dimittat, non extant. Porro in artic. 27. Weichbild: Entlaufft er ihm aber wieder, ehe er ihm das Geld vergolten hat, er soll ihn aber aufhalten, wo er ihn ankömmt (vor das Geld das er ihm schuldig ist, und er soll ihn auch wieder antworten für das Gericht.

## §. XXV.

§. XXV.

Ponitur hic casus. Si creditor debitorem dimittat, & sit decisio, quod debitor propterea non liberetur, queritur itaque si eum dimittat sine expressa reservatione debiti? & adhuc per clara textus verba dicendum quod non liberetur, nec tacita remissio aut donatio presumenda est. Pro cautela tamen servari potest, quod creditor tali casu debitum expresse & satis probanter sibi reservare posit.

§. XXVI.

Si textui unice adhaeremus, facile apparebit, quid de debitore de fuga suspecto sit tenendum. Ob liquidum debitum debitor, qui non est solvendo, creditori statim addicitur: Er wird ihm stracks an die Hand gegeben, um ihn mit heim zu nehmen. Sed quid si debitum sit quidem liquidum, tempus autem solutionis nondum venerit? Respondet Colerus in decis. 135. n. 12. & 13. e jure Civili: Si creditor ex causa, quia debitor sit suspectus de fuga aut non solvendo, aut dolose deceperit creditorem, petat arrestationem vel sequestrationem personæ, also daß er sein Recht an ihm erlangen könne, in hoc gratificabitur creditori judex, & si non faciat, sed sinat elabi debitorem, ita quod deneget ejus sequestrationem, tenetur creditori ad interesse. L. vinum ff. fi cert. pet. Et est communis conclusio gl. & DD. in L. si fidejust. §. fin. ff. qui satisdare cog. &c. quid igitur impediet etiam de jure Saxonico judicem, ne debitorem, qui est suspectus de fuga & non solvendo, aut dolose creditorem decepit, creditori, ob debitum liquidum, statim adjudicet, nam per arrestationem talis debitoris usque ad tempus solutionis constitutum, creditor non juvatur, debitori vero maximum accrescit incommodum nempe arresti usque eo, nisi interim idonee caveat de solvendo adveniente die. Coler. de proc. exec. P. II. C. III. n. 111. & tum etiam addictionis, cum interea suis laboribus creditori satisfacere, si non in torum, tamen in tantum potuisse.

I

§. XXVII.

## §. XXVII.

Est autem uti Köppen P. I. qu. 29. n. 10. vult, debitor fugitivus vel de fuga suspectus, qui non possidet immobilia, & sc̄pius interpellatus non solvit, frequenter lusit, sumtuose vixit, sua consumſit & dilapidavit, & de quo fama est, quod plus debeat, quam in bonis habet, & fugam machinatur. Henning. God. Conf. 2. Tit. de injur. n. 41. vol. 9.

## §. XXVIII.

Requirunt etiam ut creditor, qui pro capiendo fugitivo debitori judicis officium petit, tria adimpleat (1.) ut in continentia vel per chirographum, testes, aut alia ratione, debitum liquidet. (2.) Ut creditor juramento asseveret, debitorem de fuga suspectum & non solvendo esse. Vid. Köppen. qu. 29. n. 16. P. I. Gail. Obs. 44. n. 6. & 7. Lib. 2. ubi sub n. 5. tertium requisitum addit: quod debitor tempore contractus opinione creditoris pro idoneo & solvendo habitus sit, prouide requiritur, ut creditor simul juret, se tempore contractus credidisse debitorem idoneum & solvendo esse. Köppen. ibid. n. 17. antequam tamen judex juramentum admittat, diligenter de casu & statu creditoris perscrutari debet, numne sit persona fide digna, item an narrata sint verisimilia vel calumniosa, vel aliud occurrat quod ipsum moveat, ne creditoris juramento fidem habeat, & secundum circumſtantias occurrentes juramentum creditoris vel admittere vel non admittere potest, alias si ad capturam aut pars aut judex procedit, posthabitis requisitis praedictis, debitor ante omnia restitutus & carcere liberandus est. Köppen. ibid. n. 18. & 19. Si vero omnia requisita adsint, tunc debitor fugitivus vel de fuga suspectus, etiam die feriato in honorem DEI capi potest. idem ibid. n. 11. cum allegatis. De consuetudine tamen ista requisita, tam exacte non observari, praesertim cum forensibus sive extra-, neis & advenis, monet Gail. ibid. n. 10. Nec obliſcenda, quā potentissimus Elector Saxoniae in ordinat. Proc. Tit. 52. or- dina-

dinavit: jedoch daß der Gläubiger zuvor Caution bestelle, die Sache auf seine Unkosten gebührlich auszuführen, und den Gerichts wegen derwegen schadlos zu halten.

## §. XXIX.

Ceterum cum per clara textus verba in artic. 27. Weichbild, debitor actu fugiens propria creditoris autoritate retrahi possit, simul requiritur, ut creditor ita retractum debeat fistere & exhibere judici, non in hunc finem ut additio finiatur, & iudex debitorem retinere possit, sed ut appareat, omnia in capture debitoris sine excessu facta esse & jurisdictioni quodammodo præstetur suus honor. Idem quoad capturam propria autoritate in jure civili notum est. Vid. Coler. P. I. Cap. III. n. iii. cum allegatis, item Köppen. d. l. n. 7. tamen si vult impune creditor hanc exercere capturam vel detentionem, debet reum immediate perducere ad judicem, & petere ejus carcerationem. Si enim hoc non fecerit, sed detinuerit adversarium ultra 20. horas penes se, tunc incurrit capiens crimen privati carceris. Colerus ibid. n. ii. Præter hæc notabilistextus est in L. 10. §. 16. ff. quæ in fraudem creditor. Si debitorem meum & complurium creditorum consecutus essem fugientem secum ferentem pecuniam, & abstulisse ei quod mihi debeat, placet Juliani sententia, dictis multum interesse antequam in possessionem bonorum ejus creditores mittantur, hoc factum sit an postea, si ante cessare actionem in factum, si postea huic locum fore.

## §. XXX.

**Quid si debitor fugiens resistat?** Resp. Quod creditor debitorem fugientem resistentem impune lardere possit. L. si ex plagiis 52. §. tabernarius ad L. Aquil. Bald. L. si ut alleges C. ad L. Cornel. de sicut. in fin. Jason. §. I. n. 76. Inst. de action. quia alias clari juris est, familix judicis resistentem, si aliter capi non potest, posse impune occidi. L. si servus. C. de his qui ad Eccles. confug. Bald. L. fin. de exhib. reis, **Quod in creditore capiente**

piente verum intelligitur, eo scilicet, qui vim debitori nullam facit, sed illatam propellit, atque ita prater voluntatem resistenter debitorem vulnerat vel occidit, secus autem si debitor a creditore absque ulla resistentia vim pateretur, quia hoc casu debitum secundum jus civile amitteret. Bald. Authent. sed omnino n. 14. C. ne uxor pro marit. Köppen. d. l. n. 12. 13. 14.

## §. XXXI.

**Queritur** si debitor fugiens, quem insequuntur creditor vel familia judicis, aufugit in territorium alterius judicis, & ibi a creditore vel familia judicis comprehenditur, numne is debeat remitti ad judicem primum? Respondet Köppen. d. l. n. 27. cum in causa debiti capture tantum ad illum finem instituatur, ut creditori solutio vel satisfactio fiat, eam &que apud judicem secundum ac penes primum fieri posse, adeoque remissionem hoc casu necessariam non esse. Sed licet hoc ultimum de jure civili, & ratione incarcerationis debitoris procedat, tamen circa fugientem addictum aliter se res habet, nam per hujus carcerationem a Judice secundo factam, creditori non satisfit, cum labore debitoris per hoc privetur. Carpov. P. II. C. XXII. def. 3. etiam docet, debitorem alibi comprehensum ut judex istius territorii ad locum domicilii vel contractus remittat, a creditore cogi non posse. Ob rationem: *Quod* hodie nequidem in delictis remissiones delinquentium ad locum commissi delicti in Germania frequententur, sed ibi aperte loquitur de carcere publico, vom Schuld-Thurm a Serenissimo Electore pro pena habitato. Itaque nec hoc ad dictum applicari potest. Distinguendum itaque erit: aut creditor debitorem in alio territorio capit ante additionem, & hoc casu remissio debitoris ad fortum domicilii a mera voluntate judicis hujus territorii dependet; aut jam addicatus fugit, & tunc quia creditor jus questum habet, iudex de jure & in conscientia obstrictus est, captum & sibi exhibitum, creditori non aliter ac rem furtivam aut servum fugitivum restituere, nec hic cum alia jurisdictione rem habet, nec propterea reversales ab illa, petere

*petere potest, sed solum creditori iustitia in redditione ejus quod suum est, administratur, quam quilibet extraneus querere & rem suam sine ulteriori obstaculo auferre potest.*

## §. XXXII.

**Quæritur:** An debitor ab operis creditoris se posuit defendere per fugam ad loca sacra? & negat ex Gomeſ. Tom. II. Cap. XII. n. 55. de qualit. contract. Colerus P. I. C. VI. n. 145.

## §. XXXIII.

Obiter notamus e jure civili, quod notificans debitori de captura, & ad tales notificationem quando debitor aufugit, tenetur iste qui notificavit, creditori ad solvendum debitum atque ad emendationem damni. vid. Ziegler. ad Tit. 52. ord. proc. Sax. Elect. Petrus de ancho. Cons. 341. fecus de eo, qui etiam scienter occultavit debitorem, quia tamen non tenetur ad solvendum. Hippol. de Marſil. in sing. 43. in fine. vid. Arnold. de Reyger. in theſ. Jur. ſub debitore fugitivo. Sed hoc ultimum cum grano ſalis accipiendo erit. Ceterum eo caſu, quo debitor in territorio apud judicem a creditore deficienibus fideiūſſoribus aut pignoribus, relinquitur, si relaxetur, judex tenetur ad intereffe. Coler. P. I. Cap. III. n. 170.

## §. XXXIV.

Sed si creditor producit instrumentum debiti, in terris Saxonice confectum, coram judice ubi jus commune observatur, hic judex debitorem vigore juris Saxonici ad manus creditoris non condemnat, sed in bona exequitur, & cessionem eorum admittit. Köppen. qu. 46. n. 10. Imo si obligatus tempore publicati interlocuti (aut potius ſententia definitivæ) mutaverit forte domicilium, alius judex loci, ubi nunc degit reus, etiam rogatus pro executione pronunciati non videtur cogendus illud exequi, vel debitorem tradere in manus creditoris, cum iſta ſententia sit lata ſecundum statuta loci requirentis judicis, non autem

autem secundum jus commune, quod forte in requisiti provincia valeret. Sunt verba Coleri P. I. Cap. III. n. 226. qui rationem querit audeat eundem d. l. & in multis numeris sequentibus it. Köppen. d. l. n. 6. & 8.

## §. XXXV.

Meminit quidem Colerus ibid. n. 226. in fine, & 227. aliquorum, e. g. Bartoli, Imolæ, Angeli de Perus. Jason. Alber. de Rosa. Cautelam monstrantium, qua mediante creditores possint etiam alibi petere executionem paratum, itaque etiam addictionem, nempe condicione ex Lege loci, in quo negotium gestum fuit. L. I. ff. de condic. ex lege. Sed ipse, quid de illa sentiat, non explicat, in praxi rarissima hodie erit.

## §. XXXVI.

Quod non solum incolæ, sed etiam forenses & advenæ debitores addictionem pati debeant, late deducit idem Colerus P. I. Cap. III. n. 171. seqq. it. P. II. C. I. n. 41. seqq. & P. II. C. III. n. 6. dummodo hæc duo interveniant cumulative, nempe quod forensic in locis statuti contrahat, ac post moram in loco contractus sive in persona, sive in rebus suis reperiatur. Contra tales vero, qui nullibi habet domicilium, locum contractus desiderare non erit opus, cum aliud forum, ubi creditor auxilium querere queat, allegare non possit, sufficit forum deprehensionis.

## §. XXXVII.

Supra in §. IV. hujus Cap. dictum: Creditorem extraneum posse debitorem addicatum abducere, praestita cauzione. Talis vero cautio requiritur im Weichbild Artic. 27.

Ist er denn ein Guest, dem er geantwortet wird, er soll ihn mit ihm führen, ob er ihn nicht behalten mag binnen Weichbild, er muss aber Bürgen setzen, daß er ihn unverderbet an seinen Leib oder an seinen Besund wieder antworten will. Hoc die

die posset apponi: In seiner Religion ungekränket und ungezwungen lassen wolle.

*Ex quo sequitur, creditorem si sub ejusdem judicis territorio cum debitore habitat, hanc cautionem prestare non teneri, quod etiam agnoscat Colerus P. I. Cap. III. n. 167. per clara textus verba, contra proprium in decisi. 135. n. 5. commissum & multorum errorem, qui indistincte creditoribus hanc cautionem imponere conantur.*

### §. XXXVIII.

Præstatur hæc cautio per fidejussores secundum textum, ubi etiam pignora admitti possunt. Et apponit Colerus d. I. regulariter per fidejussores aut pignora, unde in horum carentia cautionem etiam juratoriam admittere videtur. Sed licet non negem, plus fidei creditorū quam debitori habendum esse, tamen contra textum hanc irregularitatē admitti posse non credo, præsertim cum nec cautio juratoria debitoris, uti infra §. L. dictum, sit admissibilis. Itaque creditor & debitor pari jure utantur, & semper plus cautionis sit in re quam in verbis, quam majorem securitatem ei auferre non liceat, cum Lex ipsa illam cibribuat. Unde Domini Lipsiensis Anno 1556. M. Mayo an Braun V. zu L.

Ohne solche Bürgen ist man ihn aus den Gerichten, darinnen er gesessen, folgen zu lassen nicht schuldig. Ihr möchtet auch nach Gelegenheit dißfalls mit dem eydlichen Vorstande euren Erbieten nach, nicht gehöret werden.

Declarat idem præjudicium verba: Dass er ihn unverderbet an seinen Leib oder Gesund wieder antworten wolle, sequentibus verbis:

Es wird aber die obherrliche Verbärgung nicht von uns vorschnlichen Zufällen, so in euer Macht nicht stehen, sondern allein dahin verstanden, dass er durch euch oder eure Anschaffung oder Verwahrung an seinen Leibe und Gesundheit unverderbet bleiben solle, V. N. W.

### §. XXXIX.

## S. XXXIX.

Alius irrepsit apud Colerum & multos DD. error, dum ille in dict. Decis. 135. n. 5. scribit: creditorem teneri cavere uxori liberisque debitoris *antequam* sibi tradatur. Ita esse gl. notab. Weichbild Artic. 27. §. Ihr sollet wissen, würde also ein Mann in des Richters *et cetera*. vers. fin. sed glossa ibi de hoc nihil dicit. Et in tract. de proc. exec. Lib. I. C. III. n. 167. ad confirmationem hujus erroris adducit responsum, quod datum senatu Altenburgensi Anno 1581.

Es sollen die auswärtigen Gläubiger ihren Debitorn gleich halten ihnen andern Gesinde, mit Speiß und Trank, und ehe er ihnen in die Hand überantwortet wird, Versicherung *et cetera*.

ubi iterum dictam glossam allegat, quæ tamen contrarium potius exprimit. Non *ante addictionem*, sed *ante abductionem* sub aliam jurisdictionem seu territorium cautionis præstatio requiritur. Hoc innuunt clara verba textus:

Ist er denn ein Gast dem er geantwortet wird, er soll ihn mit ihm führen, ob er ihn nicht behalten mag binnen Weichbild, er muß aber Bürgen setzen *et cetera*.

Hocque casu, & tunc, si abducit eum creditor, cautionem præstare debet, id quod optime notavit Beierus ad Synopsin Instit. Schulzii, in verbis: *priusquam autem creditor debitorum abducatur et cetera*. pag. 1300. ubi tamen etiam distinctionem inter creditorem, qui sub eadem cum debitore jurisdictione est, & forensim, non observavit. Et ipse Colerus Lib. I. Cap. VI. n. 137. requirit hanc cautionem, priusquam abducatur creditor debitorem. Pergit Texius:

Hat er aber der Bürgen nicht, er soll ihn lassen binnen dem Weichbild in des Richters Hauß, mit solcher Haft, daß er ihm nicht entlauf, mit einen Fesser mag er ihn wohl spannen, anders soll er ihm kein Pein anlegen, seind daß er sich mit Willen in das Gefängniß selbst geantwortet hat.

Itaque post addictionem, & jus creditoris quæsitum, quæstio de ab-

de abductione debitoris addicti, & præstanta cautione oritur. Si vero ante addictionem cautio præstari deberet, sequeretur, quod ea a parte creditoris deficiente, addiction fieri plane non posset, quod falso, nam per textum, ea deficiente, addicatus debitor tantum sub sua jurisdictione remanere debet, nec sub aliam abduci potest, interim tamen in vinculis apud judicem tenetur. *Quod bene notandum, quia per erroneam illam suppositionem, multi deterriti sunt a petitione addictionis, quam sine cautione pravia, nullo modo, & cum nullo effectu obtineri posse, falso crediderunt.*

## §. XL.

Notabilia sunt verba: Seind daß er sich mit Willen in das Gefängniß selbst geantwortet hat, utpote quæ causam exprimunt, cur debitor non renitens & libenter parens, non adeo dure tractari debeat, igitur de debitore renitente, obstinato aut fugiente, contrarium, & quod in durioribus vinculis teneri possit, dicendum. Sequuntur immediate verba: Und er soll ihn halten mit Rost und mit Arbeit gleich seinem Gefind, sitemahl daß er kein Dieb noch Diebes. Genöß nie ward, quæ statum proprium ac honestum addicti monstrant, & ab una parte servitutem propriæ sic dictam excludant, ab altera vero conditionem ponunt, sub qua lenius tractetur, quod fieri non debeat, si etiam impostorum fur aut furis socius fieret.

## §. XLI.

Monendum quoque hic est verbum: Gefängniß, mit Willen in das Gefängniß ic. improprie sumi, tantum pro custodia, Gewahrsam, Gehorsam, per restrictionem libertatis eundi quo velit, alias hoc unicum verbum toti textui contradiceret. Er soll ihn lassen in des Richters Hauß, mit solcher Heste, daß er ihm nicht entlauff ic. ubi: des Richters Hauß non est carcer. Et si debitor compede ligatur ne effugiat, carcere non est opus, si vero compede ligatur, & in carcerem, mediocrem licet, detruditur, nonne ut maleficus tractatur? & poena quasi afficitur? quod tamen

K

textus

textus prohibet. Et ecce, mi Lector, vocabulum illud perniciosum, quod maximo illi errori disjunctivo: Aut debitor operas praefat, aut in vinculis & carcere tenetur, cum multis aliis inde promanantibus, originem dubio procul dedit, fortassis etiam occasionem ad carcerem publicum in Saxonia Electorali statuendum praebuit.

## §. XLII.

Sed si debitor in domo judicis compede inclusus vel aliter custoditus, ne posse effugere, donec satisfaciat creditori Coler. P. I. C. II. n. 170. teneatur, quis eum alet, & judici expensas solvet? de jure communi respondet Colerus P. I. C. VI. n. 105. Carceratum pro pecunioria causa sibi ipse debere administrare expensas, & de victu, suratis, aliisque necessariis providere, per ea quæ tradit Paris de Puteo de Syndic. verb. an carceratus. Unde etiam in Saxonia Electorali Riwinus in Enunciat. p. 1684. scribit; Condemnatum ad carcerem publicum adstringi posse, ut laboribus suis victum querat, & pag. 1686. in præjud. Scab. Lips. M. Nov. 1691.

Inmassen auch Debitor im Schuldb. Thurn zu einer gewissen jedoch erträglichen Arbeit in wehrender Haft billig gehalten wird, um nehm. seine Erhaltung und die Kosten zu verdienen?

Quod sine dubio ita dictum, quia publicus carcer in Saxonia Electorali privato surrogatus est, & idcirco huius quoque jura & conditionem sequitur. Everard. in top. in loco a vi surrog. n. 1. seq. Heig. P. I. qu. 35. n. 60. Sed clarus & ex genuino textuum Saxoniorum, in Land. Recht und Weichbild, sensu veritas deducenda est. Videmus inibi addictionis effectum unice in eo consistere, ut debitor suis laboribus debitum solvat, qui effectus cessare non potest, licet addictus etiam in domo judicis maneat, nam nuspianam hæc cessatio dicta, nec etiam aliud quid in locum huius effectus hoc casu surrogatum invenitur, igitur absurdum & illicitum foret, addictionem suo effectu, quem habere poterat, privare. Propterea que in dubitato statuendum, addictum in domo judicis

judicis quoque laborare debere , nec aliis modis laborem hic estimandi & computandi quam apud creditorem. Supradictum est in foro Saxonico communi, debitorem semper solvendo esse , nempe per suum laborem , & ob id ne cessionem bonorum quidem admitti, exinde sequitur, illum pro debito ubique laborare debere , cum nulla loci fiat exceptio. Nec judex per hoc gravatur , nam a labore addicti omnes sumtus & expensas dedit . & quod reliquum est, ad creditorem venit. Sic & judici & creditori datur satisfactio, addictio suo effectu nunquam destituitur, debitoris personæ cautum , nec frustranea retentio apud judicem est, de qua sola, quod debitum aliquo modo imminuat, nil quicquam ullibi statutum invenitur, nec per illam tali modo creditori satisficeret, cui ob defectum cautionis satisfactionem denegare , nemo est qui non injustum censeat.

## §. XLIII

Absint consequenter limitationes a casu extremæ mendicitatis & famis , quando videlicet debitor carceratus aut addic tus nec ipse habeat unde se alat, nec victum & alia necessaria a faciente carcerari accipiat, desumtae. Nam nullus creditor adeo insanus erit, ut debitorem, qui plane ad laborem ineptus est, sibi adjudicari velit. Si vero corpus debitoris est sanum , impossibile est, laborem pro eo non inveniri, quo mendicitas & fames debitoris non solum posfit curari, sed etiam creditori prospici. Imo , sicut Rivinus in §. præced. statuit : Condemnatum ad carcerem publicum adstringi posse, ut laboribus suis vitium quarat ; ita multo magis addic tus, qui in carcerem non detruditur , secundum Legem , & sibi & creditori , laboribus suis , quos præstare potest, prospicere necessum habebit. Nec qui laborare potest, pauper est.

## §. XLIV.

Facile denique possumus judicare de errore eorum qui credunt : addic tum debitorem sub jurisdictionem aut territorium

K 2

judicis

judicis extranei a creditore extraneo non posse abduci, nisi hic prius literis reversalibus a magistratu ejus loci datis, caveat, eundem processum ibidem denegatum noniri. Hoc enim tantum ab Electore Saxonico ratione carceris publici des. Schulz Thurns in Tit. 52. Ord. Proc. statutum est, nec addictioni ejusque juri quid detrahit, post quam, uti deducuntur, creditor debitorem omnino abducere potest, praetita saltem supra dicta cautione, aut hac deficiente in judicis domo illum relinquere. *Et hic etiam error multos seduxit, ne addictionem peterent.* Nec injusti quid hic latet, nam debitor nil amplius praestat, quam quod promisit, nempe solutionem debiti, nec refert an sub hac an vero sub alia jurisdictione id fiat, tutus quoque est in conscientia dum solvit quod debuit. Et licet verum sit, quod per carcerem publicum, in aliis regionibus, creditori non satisfiat, tamen quilibet videbit, quod debitor sanus libentius addictionem, ubi finem laborum videt, quam carcerem perpetuum (nam ante plenariam satisfactionem ex hoc non liberatur, attamen per illum nil quod solutioni debiti imputandum sit, meretur) eliget, praesertim si ea, quae ex Rivino adduximus, legitime observentur. Et ob aliorum justitiam defectuosam injuste agendum non est. Ceterum sicut debitores Saxonici ex metu abductionis cautius discent mercari, & fidem, unde flos commerciorum, servare, proinde abductionem evitare poterunt; ita extranei confessi & de veritate ac utilitate convicti, addictionem ab erroribus purgatae libentissime exercendam assument, nec literarum reversalium tantum erit desiderium.

### §. XLV.

**CONFESSVS AVT CONVICTVS.** Confessus est, qui debitum clare in quantitate & qualitate confitetur, nec contra illud aut ejus executionem habet exceptiones in continentibus liquidas, & in Jure hoc casu licitas, ut solutionis & compensationis. Convictus, qui quod, quantum & quale debeat, per probationes in judicio convictus est, & rem judicatam contra se habet,

habet, cui quidem etiam tales exceptiones competunt, sed non nisi eodem modo quo jam diximus.

## §. XLVI.

**QVI NON EST SOLVENDO.** Hæc differentia specifica in Artic. 39. Land-Recht, der nicht gelten mag. Sed quisnam talis est? respondet Mollerus Lib. I. semestr. Cap. XXXVI. Si vel solvere a judice jubeatur debitor, vel fidejussoribus aut pignoribus datis creditori de solutione cavere, & neutrum illorum præstare possit, non video cur pro excusso haberi non debeat. Et ad Constit. Elect. 22. P. II. n. 4. seqq. hoc repetit, addita ratione, quod talis debitor non differat ab eo quem, notorium est, solvendo non esse, hunc autem pro excusso haberi constet ex recepta opinione gl. Bartoli, Alex. Jason aliorumque, quos Neguzantius allegat in tract. de pignor. i. membr. 8 par. princ. n. 14. Chassan. de Consuet. Burg. rubr. 5. §. II vers. son principal. Ubi post alios tradit, ad hoc ut adversus tertios possessores pignorum hypothecaria creditori detur, pro excusso habendum debitorem, si summarie faltem constet judici, bona neque mobilia neque immobilia illum habere, e quibus creditoribus satisfieri possit, quibus addi possunt Paris. cons. 80. col. pen. Lib. I. &c. Et Wessenbeccio quidem etiam hanc opinionem non displicuisse ex annotat. ejus ad Constit. hanc liquet, dum dicit non opus esse excusione, quando generaliter & specialiter omnibus beneficiis renunciatum est, & res sit notoria vel confessa, aut juret debitor, se aliter satisfacere non posse, addens ita Wittebergæ judicatum. Cui adstipulatur Valentin. Franc. de fidejuss. Cap. V. n. 315. seqq. Hering de fidejuss. Cap. XXVII. P. I. n. 199. seqq. vid. quoque Carpzov. P. II. Cap. XXII. def. 7.

## §. XLVII.

Hinc idem Mollerus d. I. commendat cautelam pro creditore: *Quod officialis vel executor dicat debitori: bona in quibus executio fieri possit exhibeas, alioquin in persona tua executio-*

K 3

cutionem faciam, quam ex Bruno & Paride de Puteo refert Coler. dec. 134. n. 47. P. I. postquam ibidem n. 45. quæstionem: cui incumbat probatio, an creditori, qui negat reum esse solvendo, an vero debitori, qui allegat se solvendo esse? accurate ita decidit: Ex quo debitor non agnoscit bonam suam fidem circa redictionem ejus pecunia, quam mutuo accepit, præsumi adversus ipsum quod tergiversetur, & alleget suam idoneitatem tantum eo fine, ut ludat adversarium, & evitet carcerem (addictionem).

## §. XLVIII.

**NEC FIDEJVSSOREM HABERE POTEST.** Liquido apparet, hic non esse sermonem de fidejussore ab initio contritus interveniente, cuius facultates intelliguntur esse aggregatae patrimonio principalis debitoris, de quo supra §. XX. locuti sumus, sed de tali qui in eo ipso momento, quo debitor aut solvere aut addici debet, intervenit. Et non me latet Colerum Tr. de proc. execut. P. I. Cap. VI. n. 134. seqq. cum Rebocco, de Jure Civili statuere, quod carceratus, (addictus, aut addictioni obnoxius) ob debitum liquidum vel guarentigiatum, & habens paratam executionem non liberetur a carcere vel manus injectione (additione) præstanto fidejussores, sed teneatur præcise solvere, ob rationem: ne oriatur una obligatio ex alia. L. 4. §. prætor ait. de re judic. Sed in Textu Juris Saxonici verba: *Noch Bürgen segen, nec otiosa esse, nec ipsi juri obversari debent.* Otiosa imo sensui vero contraria forent, si de fidejussore, qui ab initio contractus intervenit, intelligerentur, ipsi vero Juri Saxonico obversarentur, si fidejussores in futurum, contra voluntatem creditoris, admitterent, cum ipsum jus & item Textus solutionem præsentem urgeat. Itaque genuina explicatio e textu latino accersenda, verba ejus sunt: nec poterit habere pro eo stipulanten. Stipulans vero pro alio non semper est fidejussor, qui plerumque & vulgariter de futuro accipitur, imo & stipulans & fidejussor de præfenti esse possunt. Unde per stipulanten, quem versio germanica vocat Bürgen, non aliud hic intelligi.

intelligendus, quam qui aut solutionem præsentem præstare promittit, aut a debitore oblatus, etiam in futurum, voluntario a creditore, acceptatur. Quo pertinet consilium Coleri d. P. I. Cap. VI. n. 136. Nemini tamen suaferim, ut ita præcise urgeat adjudicationem rei ad manus creditoris non acceptando in proposito etiam novos fidejussores, maxime qui de solutione futura ad modicum tempus spondeant, quo casu mora exigui temporis in aliqua consideratione esse non debet. L. si debitori. 21. ff. de judic. dummodo tales rei vel fidejussores non tam patrimonio quam etiam fide idonei existimantur, ut facile patientur se conveniri. L. II. §. ff quis ita in fine de V. O. indubiatum namque est, quod creditor per istud medium citius consequetur suam satisfactionem, quam per adjudicationem personæ ad manus, quo casu quod dictum acquiritur ex operis debitoris, id demum minuit subinde debitum, quæ particularis exactio multum habet difficultatis & incommodi.

## §. XLIX.

Firmatur nostra opinio de stipulante cum parata pecunia, per hoc, quod pignorum hic plane nulla fiat mentio, cum tamen in pignoribus plus quam in fidejussoribus de futuro securitatis esse nemo negaverit.

## §. L.

Ceterum, quod supra post §. XX. hoc Cap. omissum, sciendum: Si fidejussoribus ab initio contractus caverit creditoris de solutione debitor, ad hoc ut addictio locum habeat non sufficere excusione bonorum ipsius, sed insuper necesse esse, ut fidejussoris quoque bona similiter executiantur. Illa namque quoad effectum solutionis ejus debiti, pro quo fidejussit, ipsius debitoris facultatibus aggregata, ut supra dictum, censentur. Rom. Cons. 320. n. 2. ubi ad hoc allegat Text. not. in L. si plures. XXVII. §. præterea 2. ff. de fidejussit. Moller. d. p. 2. Const. 22. n. 6. Hering. de fidejuss. Cap. XVI. n. 16. seqq.

## §. LI.

## §. LI.

Cautionis juratoriae hic meminisse scandalum esset, tam  
tum abest, ut ea, quam Textus Saxonius ignorat, admitti pos-  
sit. Et dum operis debitoris creditori satisficeri potest, incertum  
ei pro certo obtrudi, & debitori aut improviso aut malitioso,  
qualis eo ipso, quod in decrementum venit, appareat, perfidiae  
fenestra aperiri nequit. Videantur hic quoque Moller. dec. 135.  
n. 14. & Carpzov. P. II. Cap. XXII. d. 14.

## §. LII.

Sicuti supra §. III. hoc Cap. quodlibet debitum, quod am-  
plius negationi non subjectum, additionem efficit, ita quoque  
licet hoc consistat in pecunia, tamen bonis debitoris aut fide-  
jusforis quibuscumque solvi potest. Nec curamus hic disposi-  
tionem Juris Civilis in L. 4. Cap. de bon. aut judic. possid. L.  
2. §. 1. ff. de reb. cred. nam ea ad casum, quo debitor promissa  
implere potens est, pertinet, & gloss. ad Artic. 39. L. 3. Land-R.  
sub verbis: Der nicht gelten mag, multas Leges enumerat, per  
quas creditor unum pro altero accipere in solutum obstrictus  
est. Nec Textus Juris Saxonici Land-Recht Lib. 3. Artic. 40.  
quem tanquam Juri Civili conformem allegat Moller. P. I. Cap.  
XXII. n. 9. huc quicquam facit. Verba ejus, in editione Zobe-  
liana, latina sunt: qui nummos aut argentum solvere debet,  
si pro hoc pignora præbuerit, per id non sit liber, nisi sic inter  
eos paclum fuerit. Germanica:

Wer Geld oder Münze also beschiedentlich zu zahlen  
schuldig ist, der mag sich mit andern Ding oder Guth nicht  
lösen, er hätte denn des Geldes oder Münze nicht.  
Aliter sonat hic Artic. in edit. Bennonis von Heyniz de Anno  
1539. latine: qui nummos vel argentum solvere debet, si pro  
hoc pignora præbuerit, aut mulctas, non, (nisi hoc in promis-  
sione continetur) liberatur. Germanice:

Wer Pfennige oder Silber gelten soll, bent er da an-  
dere

dere Habe oder Pfand vor, er ist damit nicht leedig, ihr Ge-  
lubd stünd denn anders.

Quod idem cum casu legum, quo debitor promissa servare pot-  
est, coincidit. Statut igitur Artic. præced. 39. ubi per verbum  
generale gelten, solvere, qualibet solutio parata admittitur, an-  
tequam ad extremum, nempe addictionem debitoris, deve-  
niatur.

## S. LIII.

An debitor obseratus offerens solutionem particularem vel  
nomina particulariter & distinctis terminis solvenda (Erb- oder  
Eagezeit-Gelder) ab addictione se liberare possit? Negamus  
cum Carpzov. P. II. Conſt. II. def. 16. quia bona debitoris tum  
demum addictionem excludunt, si creditores ex iis paratam fa-  
tisfactionem conſequi posſint, atqui parata solutio non est, qua  
in terminos distinetos & plurimos annos differtur, ut propterea  
debitorem non audiendum, nec per oblationem particularis fo-  
lutionis ab incarceratione (addictione) liberandum existimari  
possit, niſi forſan occasio ſe offerat, ut nomina haec pro para-  
ta pecunia vendere, ac pretio inde ſoluto creditoribus fatiſace-  
re queat, alias ſane ſolutio particularis valde incommodo eſſet  
creditoribus. Qua ratione fatis refutat Colerum in Dec. 134. n.  
40. seqq. qui a Lege devians, ſpem incertam citioris ſolutionis  
pro ratione ponit. Verum quod idem Carpzov. hoc ſolummo-  
do de debito ingenti & ſumma majoris, non etiam de modico  
atque exiguo accipi velit, non video quare? apponit quidem  
rationem: Quod ob hoc debitor nec ad manus creditorū tradi-  
nec in carcerem publicum conjici debeat, ſecundum tradita Köp-  
pen. Decif. 29. n. 23. p. 1. Böer. & Berlich. Sed hec opinio  
Textui, qui in debitis nullum facit diſcrimen, direc̄to eſt con-  
traria, proinde nullius valoris. Obviandum potius improvi-  
ditia, negligentia aut malitia hominum in contractione par-  
vorum debitorum, ſi velis prohibitum eſſe ne magna contrahant.  
Et debitor ſciens ob parva debita iuſtitiae rigorofa ſe non eſſe

L

ſubje-

subjectum, multa talia a multis creditoribus contrahet in fraudem Legis & creditorum. Qui in parvis iustitiam non sentit, in magnis postea eam non curat. An kleinen Niemen lernen die Pferde Leder fressen. Et ubi tandem determinatio magnorum & parvorum debitorum? Köppend. I. ubi dicit, quod pro debito exiguo debitor carcere macerari non debeat, allegat quidem Baldum, Romanum & Curtium, sed nullam Legem.

## §. LIV.

Porro queritur: An debitor & fidejussor cessione bonorum ab addictione, *antequam ea petatur, aut etiam post ejus petititionem* se liberare possint? Respond. Negando de Jure Saxonico. Rationem dat Reinhard diff. 55. p. 6. Quia debitor circa exhibitionem operarum semper existimatur sufficiens, ideoque non liberatur, per cessionem bonorum. Qui vero bonis cedit plenarie non solvit. Coler. de proc. exec. P. I. Cap. VI. n. 114. it. P. I. Cap. IX. n. 33. it. Decis. 134. n. 49. Richter. Decis. 41. n. 52. Baro de Lyncker Resolut. 304. De Jure Civili quoque notabile est, quod idem Reinhardus d. I. tradat cautelam pro creditore, ut *antequam debitor dilationem petat quinquennariam, vel se ad bonorum cessionem prepararet, creditor instet apud judicem, quo compellat reum ad praestandum creditori operas & servitia eo usque donec illum contentaverit.* Albertus Brunus de cessione honor. 6. quæst. princ. n. 9. qui dicit, se hoc vidisse Romæ observari. Sed ut modo dictum hæc petitio fieri debet ante cessionem, item ante impetratas inducias quinquennales.

## §. LV.

Cum literæ moratoria æque ac cessione bonorum sint inventum Juris Civilis, & Jus Saxonum eas utrasque ignoret, merito miror, quod Colerus d. tract. P. I. Cap. IX. n. 33. cessione enim sequi rejecta, literas moratorias in Jure Saxonico admittat. Verba ejus sunt: De Jure vero Saxonico licet non eam inficias, dilationes quinquenniales vel annales, debito modo impetratas ipsam quoque impedire vel suspendere executionem, item exactionem debiti

debiti, usque ad finem quinquennii vel anni , per illud vulgatum: quod non mutatur, quare stare prohibetur? Ratio identitatis quæ cessionem excludit, nempe quod debitor incontinenti solvere teneatur, inducias moratoria etiam non admittit, itaque quod has quoque *Jus Civile a Saxonico differt.* Et dum Colerus dilationes debito modo impetratas vocat, eo ipso indigitat, has non nisi illis , qui per infortunia in decrementum venerunt, dari debere. Sed qui sunt tales? per diligentissimam inquisitionem vix unus aut alter invenietur. Heigius P. I. qu. 35. n. 49. scribit: Interpretes , eos quoque qui partim sua culpa partim fortunæ vitio decoxerunt, ad cessionis bonorum beneficium, nec de Jure Civili (nam tantum DD. Juris Civilis ibi allegat) proinde nec ad inducias quinquennales, non admittendos consent , hos enim admista culpa humiles & deploratos ac miseratione indignos reddere putatur. Monstra nunc unum culpa vacantem ? Odiosæ semper fuerunt hæ literæ moratoria, non solum propter abusum, sed etiam quia futura solutio incerta manet , & paucissima aut nulla exempla , quod illa unquam secuta sit, ostendi poterunt. Et per solam retentionem debiti creditoribus ut plurimum maximum infligitur damnum , ac in favorem unius multi perduntur. Unde etiam Carpzovius P. II. Conf. XXII. def. 10. statuit: Non liberari debitorem incarceratum ante factam solutionem invito creditore, etiamsi a Principe salvum conductum obtinuerit, ob rationes : quod creditores ex constitutione provinciali ius quæsitum habeant, quod princeps ipsis invitatis auferre ac immutare nequeat, nec beneficia Principis aut superioris debeant cuiquam esse captiosa. Interim hoc ex hac Coleri sententia sequitur, quod etiam illi qui per infortunia lapsi sunt, addictioni obnoxii sint , (quod tamen strenue negare ausus est) nam quinquennales non datur nisi vitio fortunæ lapsi; Jam vero Colerus asserit illas in Saxonia talibus contra exactiōnem aut executionem debiti dari, executio vero debiti in Saxonia consistit in addictione ad manus, igitur, nisi quinquennales intervenierint, debitor vitio fortunæ lapsus addici potest ac debet.

## §. LVI.

DATVR AD MANVS. In quo forma consistit. Apud Romanos & Saxones olim certos ritus & ceremonias in ipso actu addictionis observatas fuisse libenter concedo, quia ex historia, Legibus, Land-Recht und Weichbild, in innumeris aliis locis apparet, quam solliciti fuerint in ceremoniis & formulis. Sed quæ in addictione specifice fuerint, satis notum non est. Hodie hic actus sola publicatione sententia expeditur, & dum judex pronuntiat debitorem creditori addici, ipso facto addicitur, quo creditor illum domum abducere possit. De quo in capite sequenti plura.

## §. LVII.

VT EI LABOREM PRÆSTET SEV SERVIAT. Hic est finis addictionis. Labor & servitia debent esse honesta, & gleich einem Gesinde und Tagelöhner, non supra robur hominis aut oportunitatem temporis, attenta etiam ratione ætatis, valedudinis aut dignitatis, & secundum qualitatem artificii, quod obligatus didicit, item secundum consuetudinem cuiusque regionis, quæ frequentatur in conductione operariorum. Illa enim servanda est, quia sic actum videtur. Uti hæc omnia ex Jure Civili & Bartolo docet Colerus P. I. Cap. IX. n. 38. Huc pertinent quoque verba Domini Baron. de Lyncker in Resolut. 272. so ihm seiner Condition nach (war ein Mathes-Herr und Notarius) anständig, und an dem Dienst des gemeinen Wesens, so billig vor gehet, nicht hinderlich ist, abverdienen möge. Sed quid si addicto notario nil obveniat, quod in suo officio laboret, ideoque creditor illum sub spe futurorum contingentium alere, nec ad alios labores aut servitia adhibere debet? Negandum hoc. Nam, ut taceam, quod si artis sua bene gnarus & fidelis fuisset, labor ei non defecisset, indeque se alere potuisset sine contractione debitorum, iis, etiam paucis, quæ sua sunt, contentus, hoc tamen arguendum erit: Si hæc requisita omnia habuisset & plane inocen-

nocenter ac sine ulla culpa debitum suppressus fuisset, secundum hypothesin addici non potuisset. Dum vero addici debebat, aut dolus aut culpa ab eo non absuit. Sed quid de tali post additionem sperandum & expectandum, major forsitan eruditio, major fides, major diligentia, major accusus sui laboris indigentium? Non puto. Unico verbo: dum addictione dignus judicatus, notariatu se ipsum indignum fecit per ea, quæ addictioni dederunt locum. Et quid boni respublica de suo ulcere querere potest? Quid illi consulat, dum sibi ipsi non consuluit & consulere nequit? Verissimum est illud Hispanorum:

Quien ruyn es en su villa  
ruyn es en Sevilla.

*L*arrelli M. 12  
Sed si veritati, quod nempe etiam per infortunium lapsi addici debeant, & Jus Saxonicum differentiam inter personas, uti ipse Dominus Baro d. I. dicit, non admittat, inhæreamus, tamen exinde non sequitur, quod status debitoris post additionem sit attendendus, nam Jus Saxonicum etiam de hoc nil scit, & ipsa addictione suo effectu privaretur, si addicitus tantum ea, quæ pristino suo honori conformia, laborare deberet, incerti semper hi labores sunt, debitum per alimenta addicti nil facientis accresceret, creditor loco solutionis magis gravareretur, & quando tandem ipse addicitus satisfacere, ac in pristinum statum revertere posset? Credimus itaque quemcunque debitorem addici ad quemcunque laborem & servitia honesta, nec propterea Jus Saxonicum iniquitatis posse infimulari, sed bene nostra tempora perversitatis ac superbia. Illud laborem quemlibet etiam manualem pro honesto habuit, sed ubi hodie febris illa pestilentissima ignoravæ irrepigit, pro vili, odiosissimo & ignominioso habetur. Verum cur debilitare, aut penitus rejicere medicamenta crescente morbo? Id quod sit, dum addictione, ad quemcunque, etiam manualem laborem, statui & falso honori, Lex vitiis, cedere jubetur.

## §. LVIII.

Ast forte alter effectus addictionis, nempe carcer & compedes, non habebit locum contra addictum antea honoratum? Sed hæc quæstio plane frustranea, inutilis, imo perniciosa est. Frustranea & inutilis, quia Jus Saxonum carcerem ignorans, eam non adiupbit, perniciosa, quia dum carcerem ponit, & libertatem incarcernandi creditor i permitit, totam addictionem & ejus alteram operationem, nempe labore, exosam & ignominiosam, imo libertati & honori humano nimis contrariam reddit. Scilicet venimus nunc ad maximum illum errorem plurinorum Doctorum. Quidam compedes, vincula & inclusionem cum labore inseparabiliter coniungunt, ita etiam ut in vinculis labor debeat fieri. Sic Mollerus I. Semestr. Cap. XXXVI. n. 3, ubi verba: Ut creditori in compedibus & vinculis tamdiu serviat, donec illi satisficerit. Carpzov. P. II. C. XXII. d. i. n. 9. in verbis: qui eum in compedibus vel vinculis inclusum teneat, ejusque servitiis tamdiu utatur, donec operis suis, vel alia ratione integrum debitum dissolvat (ubi notabile, quod etiam verba ipsius constitutionis: An die Hand oder Halster gegeben werden soll, latine versa sint: dispositionem qua debitor creditori, ut in vinculis & compedibus illi serviat, tradendus est &c. Richter de Jur. & Privil. creditorum in prælim. n. 73. supra s. II. Cap. V. allegatus, verba habet: Qui eum in compedibus vel vinculis includum tenere, ejusque servitiis tamdiu uti possunt, donec is operis suis, vel alia ratione integra debita solverit. Alii, quod magis erroneum, disjunctive loquuntur, ita Reinhard. diff. 54. p. 6. Index enim pro debitibus creditori tradere debet, ad operas faciendas, VEL ad includendum eum compedibus &c. Coler. ad proc. exec. P. I. Cap. III. n. 160. ut ipsum VEL in compedibus & vinculis ligatum & inclusum teneat, VEL ejus operis & servitii tamdiu utatur, donec aut ex taxatione operarum item vincularum, aut aliter satisfiat creditori. Item P. I. Cap. III. n. 169. hoc repetit. Imo ibi scribit: ad eundem modum si creditor elegerit privatam carcerationem personæ,

sonæ, ita ut eum in compedibus potius detinere velit, quam ejus operis uti, tunc etiam in singulos dies estimatur ista carceratio, ad instar operatum, quas debitor præstare potuisset, & ita carcer facit quotidie decrescere summani sortis vel debiti. Ejusdem opinionis fuerunt veteres Domini Jenenses, ut patet ex præjudicio supra dict. Cap. V. §. II. allegato :

Somit euch dieser einer Schuld- und Pachtmann entweder die Schuld abzuverdienen oder in Banden und Gefängnis abzuführen in die Hände gegeben werden möge, worauf er sodann jeden Tag an seiner Schuld so viel mit seinen Dienst oder Arbeit verdienet oder mit dem Gefängnis abschlägt &c.

Unde Theodoricus in criminal. Cap. X. n. 13. Secundum Jus Saxonicum debitor, qui non solvendo est, creditori ad manus datur, ut VEL eum in carcerem detrudere, VEL ad serviendum & operas præstandas cogere posse, ita tamen ut singulorum dierum incarceratione, & operarum præstatione, debitum minuatur, imo idem d. l. n. 14. hunc carcerem privatum appellat publicum in verbis: Istius carceris publici tedium &c, nescio quo novo errore, & forte ex casu speciali, quo debitor in foro Saxonico communi debitorem addictum incarceratedum judici tradiderit, de quo loquitur Carpzov P. II. Const. XXII. Def. 8. Cum in foro Saxonico Electorali satis certum sit, quod debitor carcerem publicum, den Schuld - Thurn, sustinendo, debitum non minuat. Carpzov. ibid.

### §. LIX.

Certius vero est, quod Casus ille Carpzovii, debitorem a creditore judici incarceratedum tradi posse, in foro Saxonico communi admitti non posse. Nam Jus Saxonicum illum plane ignorat. Unde etiam veteres Domini Lipsienses in sequentibus præjudiciis eum rejecerunt:

Am den Rath in P. Dass ihc euren Bürger, so zu bezahlen

zahlen unvermögend nicht schuldig seyd auf Ansuchen seines Gläubigers gefänglichen einzuziehen, sondern, wo es gesucht wird, so wird er gedachten seinen Gläubiger, den er mit Bezahlung oder Bürgen nicht zufrieden stellen kan, nach Sachs. Rechten geantwortet, ihn zu halten gleich seinem Gesind. V.  
R. W.

An Hans S. Herrn zu L. Anno 1511. Mensl. Jan. Wo E. G. Vogt, davon die Frage meldet, nicht zu bezahlen hat, mag auch nicht Bürgen sezen, so möchte ihn E. G. vermöge Sachs. Recht gleich ihren Gefinde halten rc. anders haben ihn E. G. nicht zu peinigen, noch im Gefängniß zuenthalten. V. R. W.

## §. LX.

Ceterum' errantes utriusque generis se fundant in glossa Weichbild Artic. 27. §. Ihr sollet wissen, vers. fin. juncta ibi marginali additione litera C. in verb. Mit Gefängniß fizet einer seines Schuld ab. Et notat Regulus in suo processu judicario Cap. CIII. n. ii. vers. aber nach den Sachsen-Recht. Verum in glossa d. i. verba sunt:

Hett aber der sein Guth betrüglich zubracht, so möcht der Gläubiger den Schuldiger wohl spannen mit einem Fesser, doch das es ihm nicht schad zu seinen Leib, ut C. de his quæ in fraud. credit L. fin. Und so soll auch solch Gefängniß ein End nehmen, und das ist darby zu veruehmen, das er spricht (und mit Arbeit) da meynt er mit, daß er ihm dienen soll, und man soll seinen Dienst schähen, und an dem Geld abschlaßen, und darum soll man keinen um Geld ewiglichen gefangen nehnem noch halten,  
Ut C. qui bon. ced. poss. L. 2. Hic in margine posita sunt verba: Mit Gefängniß fizet einer seine Schuld ab. Ex quibus patet glossam hanc, aut non rekte intelligi dum compedes per carcerem exponit, & tamen solum quod per laborem debitum minuatur, declarat, aut si sensum habeat quem alii volunt, a Leg.

Legibus Saxonis, im Land-Recht und Weichbild, plane recedere, & e Jure Civili talia docere, quæ Saxonico directo sunt contraria. Articulus 27. Weichbild de carcere nil loquitur, & Artic. 39. Lib. 3. Land-Recht expresse talem carcerem prohibet: Will er ihn dann spannen mit einer Holden oder mit einen Fessel das mag er thun, anders soll er ihn aber nicht veinigen. Apparet hinc, quod verba illa marginalia: Mit Gefängnis sitet einer seine Schuld ab, originem errori dederint, sed quis ea apposuit? quæ eorum autoritas? quilibet in suo codice talia apponere potest, ipsi glossa contradicunt, utpote quæ per laborem tantum debitum minuti statuit. Quanta iniquitas glosam, cuius autrem aut confirmationem nemo scit, textui anteponere, præfertim etiam in aliis veritati & textui se opponenter, e. g. ibidem verba textus: Er soll ihn mit ihm führen, ob er ihn nicht behalten mag binnen Weichbild, illa exponit: Hinweg führen aus dem Gericht, das ist, aus des Richters Verwahrung. Regulum allegendum quod attinet, verba ejus sunt: So überantwortet ihn der Richter dem Gläubiger bey der Hand vor die Schuld, ut Weichbild Artic. 27. & Land-Recht Lib. 3. Artic. 39. Den Schuldfreier zu seiner Arbeit zu gebrauchen, also dass die Arbeit geschädigt und die Schuld dafür abgekürzt werde. Denn man soll niemand um Geld ewiglich gefangen halten, ut in d. gloss. Weichbild Artic. 27. circa fin. in l. ob æs alienum C. de O. & A. Exinde liquet aut absurdissime hanc rationem denn man soll ic. præcedentibus, quæ non nisi de labore loquuntur, dari, aut Regulum detentionem debitoris apud creditorem, laboris ergo, carcerem nominare. Unde in sententia priori, quod Artic. 27. Weichbild non recte intellectus sit, confirmamus, & iterum e Jure Civili L. ob æs alienum. incongrue & ad confusionem Juris Saxonici huc tracta est.

## S. LXI.

Novum hinc oritur argumentum ad probandam nocivitatem commixtionis Juris Saxonici clari, cum Jure Civili illuc non

M

qua-

quadrantis. Item appetet vera ratio, cur Jus Saxonum propter addictionem vocetur valde durum & crudele. Quod, ut magis elucescat, apponamus ipsa verba Coleri P. I. Cap. VI. n. 140. Ad eundemque modum, si creditor elegit compedes personæ, ita ut eum in manicis ferreis potius detinere velit, quam ad operas compellere, tunc in singulos dies estimatur illa districtio, ad instar operarum quas præstare potuisset, si iis adhibitus fuisse, & ita attenuat etiam illa detentio in compedibus paulatim quantitatem debiti. Licet autem istud valde videatur durum esse & crudele, liberum hominem ita pro causa pecuniaria teneare ligatum, compedibus tamen, ex quo Lex provincialis ita scripta fuit, servanda est. Atqui falso est prius, quod creditor addictum in manicis ferreis detinere aut incarcere possit, per demonstrata. E. & posterius, quod Lex Saxonica sit crudelis. Et novum errorem committit hic Colerus alternativæ inhærens & statuens per verba Artic. 39. Will er ihn denn spannen mit einer Halsen oder mit einen Fessel, das mag er thun, hoc loco carceris esse, & debitum minuere, contra clarissimum Textum, qui diminutionem debiti tantum per laborem fieri dicit. Permissum est creditori debitorem praefactum, qui non vult laborare, aut qui de fuga suspectus fieri coepit, in compedibus & quidem tantisper detinere, donec operis & servitiis suis, vel alia ratione debitum dissolverit, bisser er die Schuld loß gearbeitet, ut rectissime sentit Stammius de servit. person. Lib. 1. Cap. IV. n. 5, non vero detentio in compedibus quicquam meretur. Imo ipsi Saxonico Juri hæc Coleri assertio adversatur etiam in eo, quod illud præcisè satisfactionem realem creditoris urgeat. Sed quæ restitutio debiti, quando creditor vinclum alere, & insuper detentionem ejus in vinculis pro pecunia accipere coactus sit? alimenta debitoris novum facerent debitum, & ita debitor hoc quoque sua detentio demereri deberet. Quis tandem finis, & quando fiet ejus restitutio in plenam libertatem?

§. LXII.

## §. LXII.

Facile persuasus forem, ut jam supra §. XLI. h. Cap. dixi, Potentissimum Saxoniae Electorem ad constitutionem carceris publici, des *Schuld-Thurus*, ob hunc privatum carcerem, qui tamen tantum a doctoribus, licet magna autoritatis, factus erat, motum fuisse. Carcer talis privatus, in quo multa injusta debitoribus fieri potuerint, pro pena erat, & officio judicis quodammodo præjudicabat, citius igitur ad carceris publici constitutionem penalem, vt expresse vocatur, deveniri poterat, cum injustus ille factus carcer privatus, in effectu etiam esset penalitatem, nam creditor pro sua pecunia nihil accipiebat. Itaque creditor non habebat, quod querularetur, & secundum bonam primam intentionem, a præstatione alimentorum & sumtuum erat immunis.

## §. LXIII.

Labor vero, operæ & servitia deinde recipiunt suam estimationem. Et sicuti in §. LVII. h. Cap. diximus, qualis labor debeat esse, ita secundum ejusdem qualitatem & quantitatem taxatio instituenda, secundum videlicet qualitatem artificii quod addicetus didicit, vel aliter secundum robur hominis & opportunitatem temporis, attenta etiam ratione ætatis & valetudinis promissoris, item secundum consuetudinem cujusque regionis, qua frequentatur in conductione operariorum. Unde videmus quod in diversis provinciis plus & minus constituantur mercedis mercenario in singulos dies, & hyeme quidem minus, æstate vero plus. Verba hæc sunt Coleri P. I. Cap. IX. n. 38. 39. ubi quoque apponit rationem dignitatis promissoris. (fortasse de pacto hujus, non de Lege loquitur) Sed cum Lex Saxonica ad operas & servitia præcipue respiciat, dignitas personarum nullatenus in considerationem venire potest, nisi quod ex quorundam operis plus pretii haberi posit quam ex aliarum. Et arbitrium judicis hic non aliter habebit locum, quam prævia &

M 2

attenta

attenta peritorum estimatione, ac sicuti dictum, secundum regionis consuetudinem.

### §. LXIV.

Ita præjudicium affert Husanus de homin. propr. Cap. IX.  
El. 30. verbis seqq.

Auf Supplication des gefangenen Schuldners D. eines wieder M. Creditori andern Theils ist erkundt, daß genandter Supplicant und Schuldner seiner Haft billig entledigt, und dagegen seines Creditori M. vor seine bekentliche Schwid zum Pfande an die Hand überantwortet und geliefert wird, ihm M. gleich wie ein ander Tagelöhner oder Gesinde zu arbeiten, dagegen ist M. schuldig ihn D. mit nothdürftiger Speisung gleich seinen Gesinde zu unterhalten, ihm auch noch täglich darzu z. s. lubisch zu Lohn zu entrichten, oder an der Schuld-Summe abzurechnen, bis so lange D. die ganze Schuld loos und abgearbeitet haben wird. Es siehet auch M. frey, sonderlich da er sich befahret, daß ihm D. entlaufen möchte, ihn ziemlicher massen in Hälften oder Fessel zu spannen, doch sonst mit einiger Peinigung oder Bekleidung an seinen Leibe oder Gesundheit mit nichts zu beschwren. V. R. R.

Nec hic est quæstio, quid quotidie debitor operis suis mereri possit, sed quid mereatur. Quapropter aliud præjudicium taxatorium, quod Theodoricus in Crimin. Cap. X. n. 14. habet, adducere supercedeo, dum inibi carcer pro debito admissus, &c., nisi alimenta deducantur, quod non expressum, estimatione ejus, loco laboris, plus justo, quo & consuetudinario fuit.

### §. LXV.

DONEC PRO DEBITO. Debitum ut supra §. III. h. C. diximus, debet esse clarum, quod amplius negari nequit, vel ex confessione pura debitoris, quæ judicato non habet opus, vel

vel e re judicata, quodque (vid. supra §. XLV. h. Cap.) omnes exceptiones sive contra id ipsum, sive executionem ejus excludit, ex quacunque tandem causa ortum sit.

## S. LXVI.

Sed an propter usuras quoque addicatio debitoris locum habet? Romanos antiquitus hoc statuisse apparet supra ex §. XVII. Cap. II. ubi de scenerioribus dictum. Et ob generalitatem textus: *Die Schuld geilen, viderunt quod sic, id quod præ-  
primis in usuris promissis ac lictis, & multo magis quæ loco alimen-  
torum sunt, habebit locum, nam promissa cadunt in debita,  
& creditor qui muruum dat, sub reprobatione usuratum a  
mutuante facta, non solam id quod promissum est, verum etiam quod de jure, quia ex proprio usu sua pecunia idem habere poterat, querere potest, petit. Alimenta vero cum ad sustentationem vitæ pertineant, cum hujus jactura alteri remittere dementia foret. Nec obstat, quod in Land. Reich. de usuris nihil expresse dispositum (ipse enim confiteor, in Artic. 58. Lib. 2. percepta, seu ut in editione Zobeliana, pensiones monetarum, usuras proprie seu satis clare non posse intelligi, nam de promissione debitoris, & hodierno usu maximo pecuniarum idem jus nil scivit,) satis est in eo expresse ordinari, quod debitor ob debita debeat addici, jam vero usuras promissas, & quæ loco alimentorum sunt, vera debita esse abunde notum est. E. Mollerus quidem ad Conſt. Elec. 22. n. 9. P. II. scribit: usuras in hoc caſu, ut niemp̄ debitor incarceratedetur, non considerari, etiam Wesenbecio teste, sed nec hoc ullatenus probatam, nec a carcere publico, de quo Mollerus cum Wesenbecio loquitur huc facile trahendum. (Vid. quoque Carpoz. P. II. C. XXII. Def. 9. ubi contra suas rationes satis prægnantes Wesenbecio & Mollerus concedit debitorem possidentem tot bona mobilia, sive immobilia, ex quibus sortes solvi queant, propter solas usuras, de quibus forsan creditori minus satisficeri posse, carceri haud quaquam mancipari, quippe quod haec alias odiosissima habeantur.)*

tur.) Per incarcerationem debitoris enim creditor ne mutuum aut debitum principale quidem consequitur, per addictionem autem illud consequi potest. E. & accessorium nempe usuras. De usuris ex mora idem statuendum erit, quod de promissis, præfertim si creditor ex earum retentione damnum patiatpr, aut id amittat, quo l aliter habere potuit, aut illa alimentorum loco sint. Nec obstat Artic. 43. Lib. 3. Land. Recht. Nam non de interesse seu usuris loquitur, quasi debitor morosus has praestare non debeat, sed expresse de multa, ita quoque glossa germanica ibidem id declarat, & sub verb. Er bleibt es ohne Schaden den re. Er, der seunige Schuldner, richtet aber den Schaden, den jener, Gläubiger, davon genommen hat. Et quid de Expensis? Cum creditor has pro debitore solvere teneatur, cum novo suo incommodo, merito addictionem hujus propterea desiderat, & ex ejus laboribus suum repetit, tanto magis, quod de jure creditor iustum sit, de iis qua particulariter solvuntur, prima in usuras & expensas, reliqua in sortem computare.

### §. LXVII.

Per confusionem erroneam carceris publici & Juris Civilis, cum Jure Saxonico & ejus addictione, Colerus etiam adductus est, ut Cap. IX. n. 40. P. I. scripsit: Et quicquid hujus acquirit dietim creditor ex operis debitoris, hoc de die in diem extenuat sortem principalis debiti, allegat e Jure Civili Baldum in L. 1. n. 5. Cod. de oper. libert. & L. fin. n. 5. Cod. de Capt. & postlim. revers. L. 1. & 2. C. de pigner. act. Quos textus, an recte solummodo ad debitores in carcere publico applicari possint, disquirere hic non opus est. Verum Textus Saxonicos hic adducere non licet. Land. Recht Lib. 3. Artic. 39. plane nihil de hoc dicit, Artic. 27. Weichbild etiam nil de hoc habet, & in ejus glossa sub verb. Ghe sollt wissen ic. in fine verba sunt: Man soll seinen Dienst schätzen, und an den Geld abschlähen, ubi usurz & expense non excluduntur.

### §. LXVIII.

## §. LXVIII.

SIT SATISFACTVM. Plenaria hic requiritur satisfactio, ante quam effectus addictionis nullo modo cessant, nec hic intervalla admittuntur. Notanda sunt verba dict. Artic. 39. Land-  
Recht:

Läßt er ihn loß gehen oder entläuft er ihm sonst, damit ist er des Geldes nicht ledig, dieweil er ihm nicht vergolten hat, und die Bezahlung auch nicht vollbringen kan, so ist er immer sein Pfand.

Textus latinus est: Et si effugerit vel eum dimittat, propter hæc non est a debitis nondum persolutis liberatus, quamdiu debitorum solutionem nequiverit comprobare. Igitur si debitor dixerit, se laboribus suis debitum exantlasses, probatio ipsi incumbit. Et cautela erit non solum pro creditore, sed etiam, & quidem præcipue pro debitore, ne novam computationis litem incurrit, mox ab initio in pretio laboris quoditiani convenire, aut taxationem ejus judicialem, modo supra §. LXIII. h. Cap. præscripto, procurare, singulosque dies aut hebdomadas, in quibus labor factus est, certis libris inscribere & viceversa subscribere. Ceterum sicuti pluris interest debitoris, quam creditoris, laborem & operas taxari, quoniam sine hac taxatione nunquam aut certe difficulter certum fieret, an satis pro debito laborasset, imo omne id, quod ad solutionem & ejus modum pertinet, debitor procurare debeat; ita non dubitandum, debitorem sumitus hujus taxationis ferre debere, quemadmodum etiam, si bona ejus taxata creditori addicuntur, huic expensæ taxationis neutiquam incumbunt.

CAP.

## CAP. VII.

## De Processu Addictionis Saxonicae.

## §. I.

**A**N actio instituta ex d. Art. 39. Land-*Recht*, & Cap. XXVII. Weichbild pro criminali an pro Civili habenda sit, dispiciendum est. Et criminalem non esse arguitur a definitione ad definitum, quod argumentum est permisum. Everhard. in top. loc. a definitione. Sed definitio criminalis causa est, de jure communi, quando agitur ad penam corporalem vel pecuniariam fisco applicandam. Jas. in rubr. C. de judic. Dec. in rubr. extr. eod. de jure vero Saxonico dicitur causa criminalis, quando pena corporalis infligitur: Was an Haut und Haar oder was auf Leibes-Strafe gefloget wird, Artic. 68. Lib. 1. Land-*Recht*. Neutrum autem hic sit, nec enim debitor corporaliter nec pecuniarie punitur, nam eti in servitutem (improprie dictam) loco pignoris traditur, &c. ut loquitur textus in d. Art. 39. Der Gläubiger soll ihn haben als ein Pfand vor die Schuld; ratione tamen servitorum & operarum causa criminalis dici non potest. Sed cum sit causa status, in quo quis redigitur ad quandam servitutem, ideo refertur hæc actio inter actiones prajudiciales saltem utiles, de quibus textus loquitur in §. prajudiciales de act. Actio enim prajudicialis est, quæ respicit statum personæ, scilicet servitutis, filiationis, ingenuitatis, ut ibi traditur & habetur per Marant. de ord. jud. dist. 20. p. 4. f. m. 256. Eadem actio pertinet ad titulum de Cap. diminut. Est enim minima capituli diminutio, quando civitas & libertas retinetur, sed tantum quis alieno juri subjicitur. §. minima. de Cap. dimin. Quare non sequitur: Debitor in servitutem creditoris tanquam pignus redigitur. E. causa est criminalis. Negatur consequentia. Nam quia solummodo pignoris loco est, & ita alieno juri subjicitur, propte-

propterea statum capitatis diminutione mutat, & incidit hæc actio inter prejudiciales, quæ minime criminalibus poterit accenserii. Atque ita ex definitione cause criminalis hujusmodi actio prejudicialis pro criminali non est habenda. Sed alias reputatur causa magni præjudicii, ob mutationem status personæ. Ethi-  
jusmodi actio prejudicialis non est personalis, ut videtur sed potius realis, pertinet enim ad rem seu statum, qui personæ in-  
hæret, ut concludunt gl. Aretin. Jas. & alii in d. §. præjudicia-  
les. imo aperte decidunt hunc casum Faber. Jas. & alii in d. §.  
præjudiciales. ubi generaliter concludunt, quando quis agit  
pro jure in alicuius persona, sive ex jure, sive ex statuto, aut  
confuetudine, tunc tali agenti competit utilis actio prejudicia-  
lis, jurib. & rationib. ibi per eos. Sed in casu nostro creditor agit  
ex jure municipalı ratione juris sibi attributi. Ergo sequi-  
tur optima consequentia: quod sit actio prejudicialis utilis, &  
per consequens neutiquam est criminalis. Actiones enim præ-  
judiciales non censentur criminales. §. præjudiciales. sed poti-  
us juxta commun. opin. reales, ut supra dictum est. Hæc Hu-  
fanus de homin. prop. Cap. IX. n. 35. seqq. Et si omnia non  
placuerint, quilibet alias sibi poterit formare cogitationes theo-  
reticas. Nos parum sumus solliciti de nomine hujus actionis,  
præfertim in quantum e jure civili huc trahi vult, sed tantum  
rem aut actionem ipsam ex textibus Juris Saxonici expendamus.

## §. II.

Cavendum igitur est, ne actiones, quibus debita ipsa, que-  
cunque tandem sint, petuntur, cum actione ad addictionem.  
aut confundamus, aut inepte conjungamus, aut nimis a se in-  
vicem separeremus. Inepte confunduntur, si in iisdem libellis,  
in quibus actiones ad consequenda nostra debita (generalissi-  
me hic loquor, cum debitorum genera sint innumera & propter-  
ea ad addictionem agi possit) proponimus, statim addictionem  
debitoris, quia hic non sit solvendo, desideremus, nam eo tem-  
pore debitum adhuc non est clarum, quale tamen esse debet,

N

facile

facile etiam potest fieri, ut nobis injungatur probatio, quod debitor non sit solvendo, a qua alias liberi sumus, & si per liquidum postea factum a debito libellato quid detrahatur, indeque debitor pro reliquis sit solvendo, loco addictionis expectanda nobis erit a debitore actio injuriarum. In summa plane intempestiva haec est petitio, cum ante liquidum verum de addictione nil sit cogitandum. Nimis autem haec actiones a se invicem separantur, si credamus in omniibus casibus peculiares propter addictionem proponendos esse libellos, & processus singulares formandos.

### §. III.

Pro inveniendo itaque vero procedendi modo ante omnia distinguendum erit inter debitores malæ famæ, & vitæ, de fuga suspectos, fraudulentos, & de quibus omnibus notorium, quod solvere non possint, & inter tales qui quodammodo possessiōnati sunt, & quibus jam dicta vitia & defectus non inhārent aut obstant.

### §. IV.

De prioribus legenda sunt, quæ Cap. præced. s. XXIV. seqq. diximus, & quæ hic repetere non lubet, ne actum videamur agere. In summa talis debitor ad petitionem nudam creditoris sive verbalem sive in literis factam incontinenti, etiam realiter, præstitis quæ s. XXVIII. d. C. præced. scripta sunt, citari, & si debitum confiteatur, statim addici potest.

### §. V.

De posterioribus aliud quodammodo dicendum, nam realiter citra metum actionis injuriatum vix poterunt citari, præsertim cum apud hos spes sit producendi fidejussores, & interdum majores eorundem facultates sint, quam notum est, indeque solutio fieri poscit.

### §. VI.

## §. VI.

